atque Terre Cracovien Succamerario. Nicolao Trie
buchowski Cubiculi mri Prefecto Cracovien Bur
grabio ac Brzestensi Rogoznen Lelovieng Capi=
taneo. Andrea Przerembski Cracovien Lelo Ar=
cciszowski Varsovien et Referendario Nostro
Lodzien Stanislao Karaskowski Wladislavien
et Cancellario Nostro minori Prefecto Canonicis et
Secretariis Nostris et aliisq plurimis fide di=
gnis officialibus et aulicis Nostris circa premis=
sa existentibus. Datum per manus Rdmi in Christo
Patris Domini Joannis Przerembski
Nominati Episcopi Chelmen et Regni Nostri Vi=
cecancellarii Syncere Nobis Dilecti

Relatio eiusdem

Privilegium artificum mechani=
corum Civium Chelmensium de con=
tubernijs sive societatibus instituen
dis

In Nomine Dni Amen

Ad Perpetuam rei memoriam Nos Sigismun=
dus Augustus Dei gratia Rex Polonie Ma=
gnus Dux Lithuanie ac Significamus ac Quod
dum nomine Artificum Mechanicorum Civium
Chelmen supplicatum Nobis esset, ut singulis
ex eis secundum diversitatem Artificiorum cō=
tubernia artis eorum gratia et authoritate no=
stra Regia instituere liceret propterea co be=
nignius et facilius permisimus, quod seiamus
contubernia societatesque opificum, quæ bonis

† Ill. Doctore Nicolaum Siborio Krzyskowski=

legib,

legibus instituuntur non parum commodi et
ornamenti adferre illis Locis in quibus statuuntur.
Nam preterquam quod communi eorum studio et=
opera religionis et ceremoniæ templorum ma=
gna ex parte administrentur, multaque res ad
usum sacrum necessarie suppeditentur illi ipsi
artifices de arte quisque sua optime iudicare
et quomodo sit exercenda rectè constituere. Sic et
errores qui in artificiis ab imperitis committi
solent tollantur. Nam imperiti a communione eorū
arcentur, et iusto demum ordine in artis suæ Ma=
gistros eligantur. Quare his adducti rationibus et
permotis rationibus et permoti Supplicationibus
nomine eorum factis permittendum duximus uti q=
dem hisce literis Nostris permittimus, ut illis liceat
authoritate nostra sive qua ille societates collegia
et contubernia legitime constituere non possunt, leges
et conditiones ad eiusmodi societates instituendas et
conservandas secundum exigentiam unius cuiusq
artificii statuere absque tamen, absq tamen viola=
tione iuriam libertatum publicarum Regni et do=
miniorum Nostrorum. Quas quidem singulas et ad eam
artificia commode pertinentes cum longum Nobis es=
set prosequi permittimus ut eas illis a contuber=
niis artificum in vicinis Civitatibus vel oppidis con=
sistentium petere et transcribere ac secundum eas
vivere, Magistros ac socios artificiorum sucorum ere=
are eosque pro Privilegio obtinere liceat. quas q=
dem Nos dum legitime descriptæ ac sigillo Civili ob=
signata fuerint decernimus robur firmitatis debitæ
habere decernimus, aliter quam si in hoc Privilegio sin=
gula descripta fuissent, quod si quis publice vel
privatim transgredi violare vel quominus secun=

dum

dum eas eiusmodi contuberna Cheloncensium Artificum instituantur et vigeant impedire ausus fuerit, in eam condignam panam animadversuri sumus. In cuius rei fidem &c Datum Vilne feria tertia postridie festi Sancti Nicolai Anno Domini MDLVII Regni Nostri XXVIII praesentibus

Relatio

Conservatio ad vitam in prospicione Ville nre Wolospinowa Wola Pulte=tis Laboriczi Micha Wolosznicowicz et eius Filiorum Jedko et Wasko

Vilne die decima Mensis Decembris Anno Di MDLVII Regni nostri Anno XXVIII Litere in forma Cancellarie extradite

Relatio ut supra

Quietatio Pri Andree Jacubowski de Proventuum Capitaneat. Liezeiscensis Percepta videlicet 3000 florenorum

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quia Prus Andreas Jacubowski Capitaneus Nostri Liezaiscen. anni presentis Milliesimi quingentesimi quinquagesimi septimi iussu et mandato nostro intulit ac in effectu realiter que persolvit et numeravit ad fiscum Illum Regi=alarium Polonie Serenissimi nostrorum charissima=rum in Manus Pri Joannis Drohowski suarum Ma=iestatum Thesaurarii trium Millium et quadringen=torum florenorum pecunia et monete et numeri Re=gni nostri summam, de qua quidem trium Millium et quadringentorum florenorum summa nos ipsum Prum Andream Jacubowski quitamus et liberum ac immunem perpetuo facimus Litereis hisce nostris.

Ad relationem Proventuum dicti Captus mi Liezaisen= Quibus

Quibus in fidem ee Datum Vilnæ XII Mensis Decembris Anno Domini MDLVII Regni nostri Anno XXVIII

Sigismundus Augustus Rex subscripsit

Consensus ad redimendam Villam Ohotow Nobili Alberto Koczinski data cum advitalitate

Sigismundus Augustus Rex ee

Significamus ee Quod Nos ad intercessionem certorum Consiliorum nostrorum pro Nobili Alberto Koczinski apud Nos interpositam ipsi consentiendu et permittendum esse duximus, uti quidem consentimus atque admittimus Literis nostris, quod possit villam nostram Oholow dictam in Terra Bodzensi sita e manibus Nobilis Stephani Oholowskei et aliorum eius et interesse ad dictam Villam se habere pretendentium in Summa pecuniaria in eiusmodi Villa iuste et legitime inscripta et ea mente acceta redimere redemptamque iusta continentiam privilegii originalis, cum omnibus ad eandem villam pertinen pacifice et quiete ad illius redemptionem tenere et possidere, volentes preterea maius gratie Nostre in eum extare testimonium ipsum ee eundem illius Nobilem Rozam de Spaspow in Possessione dicta Villa posteaquam ille redemerit conservandos et relinquendos duximus, uti quidem conservamus et relinquimus Literis hisce Nostris ad vita utriusque illorum extrema tempora Promittentes verbo nostro Regio pro Nobis et Serenissimis Successoribus nostris, quod quamdiu prænominati coniuges viverint, nemini Villam ipsam de manib illorum potestatem redimendi faciemus nec Successores

cessores Nostri facient. Sed neque Nos ipsi eandem pro Mensa fisco coquina seu alio quovis modo et Reipublicæ usu ac necessitate vigentibus ipsis redimemus nec Successores Nostri redimet, sed eos ambos insimul ac singulos seorsim in pacifica ac queta dicta Villa possessione ad extrema vite utriusque illorum tempora conservabimus et Successores Nostri conservabunt. Post mortem vero utriusque illorum cum Successoribus eorum summa in redemptionem dicte Ville legitime ea posita numerata et soluta fuerit Possessioni illi cedere tenebuntur. Quod si vero in contrarium harum literarum aliquid ex Cancellaria Nostra per obliocionem vel importunam alicuius instantiam aut ex alia quacunque causa eccideret, id nos nullius roboris ac momenti futurum esse pronunciamus ac presentibus declaramus. Fidibus Nostris ibidem salvis semper manentibus. In cuius rei testimonium ac Datum Vilne A IIII. Decembris Anno Domini MDLVII Regni Nostri A XXII

Relatio ut supra

Donatio unius mansi agri in Villa Ploczko pro fundando altari seu Capellania in eadem Villa

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quia annuendo Supplicationibus quorundam consiliariorum Nostrorum pro Nobili Alberto Jazierkowski Canonico Ecclesiarum Ploczen et Collegiate Varsoviens Nobis factis, simulque gratum habentes pium desyderium illius quidem pro Divini cultus augmentatione fundandi aut vult denuo fundare et erigere altare seu Capellam in Ecclesia Parochiali Ville Nove Ploczko

Ploczico Diecesis Plocen, ut pro eodem Capella=
no seu altarista prefato Villa nostra mansum
desertum a multis annis inter agros plebanatus
Nostri in dicta Villa Ploczico et inter agros Ad=
vocatorum nostrorum dicta Villa ac aream in
qua residet Tabernator Stanislaus Cielech conti
guam Vicariis Ecclesie prefate in Villa nra Plo
czico pro area dicto Capellano et altarista concedere
dignaremur. Nosque prefatum Mansum et dictam
aream cum horto prout dictus mansus et area in
suis metis consistet et est, pro prefato Capellano
Ecclesie nostre perpetue damus et concedimus e=
undemque mansum et aream hortumque in quo
dictus Tabernator residet ab omnibus et singulis
exactionibus censibus Datiis contributionibus et
a quibuscunque laboribus libertamus et absolvimus
eumque communitati et libertati Ecclesie per illis
loci ordinarium aperibus ea nunc prout ex tunc
possessionemque prefati mansi deserti et aree
Capitulo Lemsensi et Colnen tradere mandamus,
salvis literis Vitalitatis sue quas sibi concessi=
mus de Capritaneatum. Quibus non obstantibus di=
ctus altarista prefato agro et area uti possit et
valeat. In cuius rei fidem et testimonium manu
nostra presentibus subscripsimus et Sigillum
nostrum appendi iussimus Datum Vilne Feria
quinta post Festum Sancte Lucie proxima An=
no Domini 1554 Regni Nostri A. XXIII
Sigismundus Augustus Rex subscripsit.

Consensus Pro Christophoro Polcolo=
wski datus ad redimen molendina
Brzestensia

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quia et si antea declarimus
consensum Nostrum Pro Nicolao Trzebuchowski
Cubiculi nostri Praefecto Burgrabio Cracovien
ac Brzesten Lblovien Rogoznensisque Capita=
neo ad redimenda molendina duo nostra sub Op=
pido Brzestensi sita de manibus Venlis ac Re=
ligiosorum Prioris ac fratrum ordinis sancti=
Dominicii monasterii Brzesten tamen prius qm
hoc ipsum exemptionis negotium suum sortiret
sortitum effectum, ipse Generosus Nicolaus Trze=
buchowski ultro ac per expressum renunciasset,
atque cessisset nobis eo ipso cure suo neque vellet
deinceps se huic exemptionis negotio quoquo
modo ingerere. Quare Nos cupientes nihilominus
commoda ac proventus eiusdem Capitaneatus
nostri Brzestensis auctiora reddere, Mandave=
mus et consensimus Pro Christophoro Sokoto
wski de Warzimowo ut ea ipsa duo molendina
ad mensam nostram pecunia nostra de manu=
bus prefatorum fratrum redimeret, redempta
que ad Capitaneatum nostrum Brzestensem adjun
geret ita ut presentibus admittimus et consenti=
mus summa tamen Capitali in eis ipsis molendinis
literis originalibus inscripta minime aucta. In cu=
ius rei fidem &c Datum Vilne XVII Mensis Decem=
bris. Anno Domini MDLVII Regni Nostri XXVIII

Relatio ut su=
Conservatio eiusdem ad pra vitam in Pos=
sessione eorundem molendinorum.
Sigismundus Augustus &c

Significiamus ac Quod Nos gratiam nram in Ge=
nerosum Christophorum Sokolowski declarare vo=
lentes ipsum in Possessione pacifica et usufructu
libero molendinorum nostrorum Brzesten que inpe
nostro ad mensam nostram pecunia sua de manib⁹
Religiosorum Prioris et Fratrum Monasterii Brze=
stensis redemerat, conservandum et relinquendum esse
duximus conservamusq et relinquimus Literis hisce
Nostris Promittentes verbo nostro Regio pro Nobis
et Serenissimis Successoribus Nostris neminj Nos
nec Successores Nostri molendina dicta prenominata
ab ipso Po Christophoro Sokolowski redimere per=
mittemus sed neque Nos nec Successores Nostros ad Fi
scum mensam equinam aut alium quemcunque
Nostrum et Reipublicæ usum et necessitatem redem
pturos, verum illum molendinis suprascriptis quiete
utefruj quamdiu voluerit permittemus. Post mortem au=
tem illius cum eiusdem Successoribus summa in eis
ipsis molendinis inscripta et per eum in redemptio=
nem exposita numerata et soluta fuerit illorum Pos=
sessio rursus ad nos redibit et devolvetur pleno iure.
Furibus Nostris salvis ibidem manentibus. In cuius rei
fidem et testimonium ac Datum Vilnæ Die XVII Men=
sis Decembris Anno Domini MDLVII Regni Nostri
XXVIII

Relatio est supra

Donatio Villarum Skibinko et Dei=
linko cum caduco ad Regiam Maiesta=
tem devolutarum Penso Nicolao Przebu
chowski R Mtis Supplicario

In Nomine Domini Amen
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augu=
stus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ

Rex

ñec non Terrarum Gauvcie ac Dominus et hæres. Si=
gnificamus ac Quia Nos habentes commendata fide=
lia et indefessa obsequia Psi Nicolai Trzebuchowski
Cubiculi Nostri præfecti Burgrabii Gauvciensis et
Brzestensis Litovicã Rogovnensisq; Capitanei quàm
plurimum tam in Officio suo Supramerariali quam
in aliis actionibus Nostris et Reipublicæ fide pru=
dentiã et desteritate sua Nobis suam navat operam,
volentes itaque aliquod nrm in eum gratiæ extare testi=
monium eidem Bona omnia tam mobilia quam im=
mobilia videlicet Skibinko et Quilinko in Palatina=
tu Brzestensi et Districtu Radzicioviensi existentia
quæ post mortem et obitum Nobilis Barbaræ relictæ
olim Nobilis Jacobi Paliczki, nullo post se ut accepi
mus relicto hærede legitimo ex hac Vita sublata ad=
Nos fiscumque nostrum iure devolvi sunt devoluta, dan=
da donandaque duximus, prout damus donamus per
præsentes per eundem Psum Nicolaum Trzebuchowski
eiusque legitimos hæredes et Successores dicta om=
nia bona cum omni iure dominio et proprietate, cum
que omnibus fructibus proventibus reditibus et ob
ventionibus universis nullis exceptis quæ ad hujus=
modi bona Quilinko et Skibinko de iure et consue
tudine pertinent tenend habend utifruenda possiden
denden commutanda alienand et in usus suos bene=
placitos convertenda. Nihil juris proprietatis et
dominii pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris
Regibus Poloniæ relinquend sed omnia præmissa
in præfatum Psum Nicolaum Trzebuchowski ejusq;
hæredes et Successores transferend, prout transferimus
perpetue et in eorum. In cuius rei fidem et testimo=
nium manu nostra præsentibus subscripsimus et
Sigillu nostrum appendi mandavimus. Datum Vilnæ.
XVIII

XVIII Mensis Decembris. Anno Di MDLVII Regni
vero Nostri XXVIII
Sigismundus Augustus Rex subscripsit

Subcollectoratus terrestris Chełmensis mor
te Pri olim Ianuarii Czarowski vacans
Pro Petro Porskowski datus in forma Cancellaria
Vilna Die XX Mensis Decembris. Anno Di MDL
VII Regni Nostri XXVIII

Relatio ut supra

Conservatio ad vitam in Possessione
Advocatie in Villa Niedrzialcow
Nobilis Blasii Advocati eiusdem Advocatie.
Vilno Die XX Decembris Anno Dñi Millesimo
Quingentesimo quinquagesimo septimo. Regni
Nostri Anno XXVIII Litere in forma Cancellarie
estradite

Relatio ut supra

Conservatio ad vitam in possessione Sor
tis Ville Regie Kolikow ad Capitaneum
Petrzencem pertinen Nobilis andree Loradowski
et filii eius Sebastiani eiusdem Sortis tenutarii
Litere in forma Cancellarie estradite Vilne feria qui=
ta ipso die Festo sancti Thome Apostoli Anno Dñi
MDLVII Regni Nostri XXVIII

Relatio ut supra

Conservatio ad vitam in Possessione Ad
vocatie Ville Regie Swidnik ad Capi=
taneatum Lublinensem pertinentis Nobilis Sta=
nislai Thomaszowski ac Filii eius
Litere in forma solita estradite loco, die, Anno et Re
latione quibus supra.

Consensus

Consensus pro emendo censu ac in
usum Lignorum domui Vicariorum
Cracovienscium appropriando

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quod cum Veritis olim Stanislaus
Borek Decanus Cracovienscis ac Divi Parentis No=
stri Secretarius cultum Divinum volens provehere Do=
mum amplam pro novem Viariis Ecclesie Cathedra=
lis Cracovien in arce Nostra Cracovien octo latere
extruxisset pecuniamque pro emendo ac eidem Do=
mui in usum Lignorum appropriando censu perpe=
tuo octo florenorum in moneta currenti reliquisset.
Nos pium hoc opus eius approbantes consensum
nostrum præbuimus et harum literarum vigore pra
bemus quibuscis personis seu communitatibus Re=
gni Nostri Subditis vendendi huiusmodi censum
et in quibuscis bonis suis Civilibus Ecclesiis seu ter
restribus in vim redemptionis seu alio quovis utili=
ore modo inscribendi et obligandi ac de aliis bonis
ad alia quoties opus erit non requisito alio consen=
su nostro sive Successorum Nostrorum transferendi,
aut si forte iam eiusmodi census emptus est, emp=
tionem eam in quocunque iure facta sit ratam
habemus, proinde ac si interveniente consensu no=
stro facta esset. ascribimus autem eum ipsum censu
octo florenorum una cum summa Capitali ducen=
torum florenorum item et immunitati Ecclesie sal=
vis iuribus et oneribus publicis Regni Nostri, quæ
venditoreis supramemorati census sustinere debe=
bunt, volumus autem et præsentium vigore manda=
mus quibuscis magistratibus terribus et Civilibus
quoties requisiti fuerint nomina vicariorum su=
prædicta Domus inhabitatorum ut authorittem

officii sui interponant, quo censum retenti, eis re-
mota omni dilatione exsolvantur. Harum quibus Si-
gillum nostrum est appensum testimonio Literarum.
Datum Vilne ipso die Nativitatis Domini. Anno
Domini MCCCVII Regni nostri XXVIII

Relatio ut supra

Privilegium novum in locum deperditi
super Villas Chlipli Bendkowicze Wicz-
kowicze et Sendkowicze Pro Joannis
Herbort Succamerario Leopoliensi

In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus
Augustus ac Significamus ac Quod cum exposu-
isset Nobis Generosus Joannes Herbort Succamera-
rius Leopoliensis casu quodam fortuito ac amissis
privilegiis ac Literas super Bona seu Villas Chli-
pli Sendkowicze alias Samsanicze Wiecz-
kowi-
cze et Sendkowicze penes luteï in terra et Dis-
trictu Premisliens sitas nec non super liberam
incisionem Lignorum ac arborum in Sylvis no-
stris Regiis Radochovin atque supplicasset Nobis
ut ei super prefata bona Privilegium Novum in
orm et locum amissorum dare et gratiose concedere
dignaremur. Nos vero illi de indemnitate prospectui
ri, positumque ac veritatem eius rei secundu
prescriptum Statutorum Regni Nostri intellige-
re volentes, contentaque Privilegiorum amissorum sui-
re cupientes, deputaveramus ad negotium hoc cer-
tos Commissarios nostros eisdem incumbentes, quo
dit certo tempore ad bona prefata simul descen-
dentes vocato ad suam presentiam Pro. Joanne

Herbort

Herberth cum testibus probatæ fidei viris, ex eis
de amissione deque contentis Privilegiorum iura=
mento a testibus ipsis accepto diligenter inqui=
rerent et cognoscerent eaque omnia et singula in
literas suas sigillis suis obsignatis referrent ac
demum ad Nos transmitterent. Ex quorum quidem
Commissariorum Actu ad Nos remisso Sigillis eo=
rum propriis communito ac manibus subscripto
intelleximus ultra viginti testes, cum ex Nobilitate
tum ex Plebejorum numero complures corporalibus
iuramentis factis unanimiter deposuisse, prano=
minatum Joannem Herborth a prædecessoribus su=
is Bona eiusmodi sibi per manus tradita Villas
scilicet Chleple Sedkowicze alias Samszanicze
Wyaczkowicze et Sendkowicze iure hæredita=
rio perpetuæ donationis titulo possedisse et ad
eam diem possidere vigore Privilegiorum Præde=
cessoribus illius per Divum olim Kazimirum A=
rum Polonorum Regem super eadem Bona gra=
tiose data et concepta et et eadem tandem per
Divum Alexandrum Patruum nium confir=
mata Sigillo eorum propriis roborata, sed et su=
per liberam incisionem in Sylvis nris. Radocho=
in pro omni necessitate curiæ prædictæ in Chleple
tam roborum quam lignorum liberamque usum
Pascuorum in eisdem Sylvis consistentium. Ac
non solum pro necessitate curiæ Villæ Chleple,
verum etiam et pro necessitate omnium et singu=
lorum Incolarum Villarum: prædictarum, præci=
pue tamen tempore Plandinorum prænominatu
Joannem Herborth una cum Incolis eiusdem Villarum
omnibus libertatis eiusmodi in continuo ac pa=

cifico

citio usu semper extitisse, et ad eam usque di=
em ejus deducentes ac sub eodem fidei iuramento
affirmantes. Nos ex relatione eiusmodi commis=
sariorum nostrorum suprascriptorum ac testimo=
niis hominum fide dignorum coram eis medio
iuramento factis animadvertentes, prefati Pii Jo=
annis Herborth antecessores in pacifico usu et pos=
sessione electorum bonorum Villarum Chliple Sen=
kowicze alias Samszawicze Wieczkowicze et Zen=
kowicze in terra Premisliensi sitorum sed et in
libertate incidendorum per se ac Incolas Villarum
prefatarum lignorum ac roborum pascuorum
que in Sylvis Nostris Radoszoin semper fuisse
et illum quoque ac Incolas illius ad eam diem ex=
titisse, ipsi Literas hasce nostras seu Privilegium
hoc presens in vim et locum amissi super eas=
dem Villas ac liberum lignorum ac Pascuorum
usum in sylvis Nostris prefatis Radoszoin de=
dam et concedendum duximus, damusque et con=
cedimus harum serie literarum per ipsum Pium
Joannem Herborth Succamerarium Leopoliens
eiusque Successores et haeredes legitimos villas su=
prascriptas cum omni sua dominio et proprie=
tate ita late longe et circumferenter aliter prout
in suis metis et finibus ab antiquo eadem bona
consistunt et ab aliis sunt distincta, cum omnibus
et singulis eorum bonorum utilitatibus cen[illegible]
fructibus reditibus provèntibus agris cultis et co=
lendis colonis et hortulanis locatis et locandis,
campis pratis pascuis curiis prediis areis hortis
Sylvis nemoribus mericis pinetis rubetis quere=
tis mellificiis et melle ex eis provenient[illegible] aquis

riis

rivis Paludibus fluviis piscinis piscariis pis=
catoriis stagnis lacubus molendinis con=
structis et construendis ac eorum emolumen=
tis aliisque pertinentiis et utilitatibus ad pre=
dicta bona ex antiquo pertinen. quæ nunc sunt
et in posterum humana industria excogitari pos=
sunt et generaliter universis, ita quod generalitas
specialitati et specialitas generalitati non dero=
get. sed et cum libera incisione lignorum ac ro=
borum in usum foci ac ædificiorum tam ipsi ad
curiam illius in Chleple quam subditorum illi
Villarum supra scriptarum Incolarum ac Lacu
orum præcipue tempore Glandinarum in Sylvis
nostris prædictis Raddshoin exercendorum cire
hæreditario tenendas habendas utifruendas qui=
etèque et pacifice possidendas nec non dandas
donand vendendas commutendas alienand obligand
et in suos eorum Successores usus beneplacitos convertendas prout ipsi Dio Joanni Her=
borth et eis legitimis Successoribus melius et
utilius videbitur expedire perpetue et in evum
Qui quidem Dnus Joannes Herborth Succana=
rarius Leopoliensis et illius Successores bellica
expeditionem et alia onera Reipublicæ in eisdem
Villis ita ut prius facicbant, quoties necessarium
fuerit more aliorum Nobilium bona hereditaria
terrestria in Regno et Dominiis nostris possiden
tes et obire tenebuntur. In cuius rei fidem et te=
stimonium Sigillum nostrum præsentibus est
subappensum Datum Vilnæ ipso die Sancti
Joannis Apostoli et Evangelistæ Anno Domini
1537 Regni nostri XXVIII

Præsentibus
ut supra.

Consensus

Consensus Nobili Nicolao Lipniczki da=
dus ut posit Advocatiam Fedawska
dictam fluviis ofsowniczia et Golobiczie adia=
centem de manibus quorumcunque Posseporum
redimere redemptaque immunis omnibus oneribus
liber quas forte eiusdem loci advocatus ferre et
sustinere debeat toto vite sue tempore obtinere pos=
sit. Lvra in forma Cancellarie extradito. Vilne die
ipso d. Innocentium Anno Dni 1357 Regni nri A=
XVIII

Relatio ut supra

Consensus generalis Pro Stanislao Dzia=
duski Capitaneo Cowien ut posit Ad=
vocatias. Scultetias et alia quevis bona Regia
in eodem Capitaneatu extia de manibus quorum
cunque Posseporum redimere redemptasque una
cum Capitaneatu ad extrema vite sue tempora te=
nere. Lvra in forma Cancellarie date Vilne Die
XIX Decembris. Anno Domini MCCCLVII Re=
gni Nostri XXVIII

Relatio ut supra

Consensus super redimendam Advo=
catiam seu Scultetiam in antiqua Civi=
tate Koninensi de manibus famatorum Joan=
nis et Alberti eiusdem advocatie Posseporum
Pro Stanislao Dziadouski Capitaneo Koninen
datas cum Adpertinentiis. Lvra in forma Cancella=
rie Vilne Die XIX Decembris. Anno Domini M=
CCCLVII Regni Nostri XXVIII

Relatio ut supra

Reve=

Reverendi in
Christo Patris
Domini Joan=
nis Przerembski
nominati Epi Chet
mensis et Rni
P. Vicecancellarii

Consensus p̃o Hieronymo Buzen=
ski Iuppario Cracoviensis datus su=
per redimenda Villa Podinicze

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Tantum apud Nos obsequia et
merita Pri Hieronymi Buzenski Iuppar Nostrarum
Cracoviensium Prefecti, tum et flagitatõm eorum, q
nobis eum commendarunt valere, ut facere non
potuerimus quin ipsi Villa nostra Podinicze in
Terra Siradien consistent de manibus Pri Joan=
nis Kristoporski Secretarii et aulici nostri eius
moderni Possessoris ad unum cuum redimendo
potestatem faceremus uti quidem literis hisce no=
stris facimus, volumus que hoc ei esse liberum,
ut villam prefatam cum omnibus ad eam perti=
nen̄ summa non aucta sed tanta quanta in lite=
ris originalibus expressa continetur redimere,
redemptamque tamdiu habere tenere et possiden,
ac omnibus eius commodis et fructibus iuxta li=
teras originales uti de frui possit, quamdiu illa
summa in redemptionem expensa per nos non e=
rit numerata. Quod si aliquando Literis his nostris
contrarium aliquid per oblivionem aliamve quam=

piam

piam ex Cancellaria nostra exciderit, illud omne literis nullius ponderis fore decernimus, iamque ex hoc tempore irritum volumus esse. Quod si forte etiam cuipiam alteri antehac ius aliquod super eandem dederimus ipsi uire eo hucusque usus non est illud tanquam id, quo is ipse cui illud dederimus abutiteur tollimus abrogamus, et nullius roboris esse iam ex nunc decernimus. Cum autem in redemptionem pecunia expensa Pio Hieronymo Buzenski per nos Successoresve nostros numerata fuerit tunc Villa supramemorata Pospespio pleno ad Nos iure redibit. Juribus nostris interim manentibus salvis. In cuius rei fidem &c Datum Vilne penultima decembris. Anno Domini MDL Vll Regni Nostri XXVIII.

Relatio ut supra

Actoritas super eandem Villam eidem Pio Hieronymo Buzenski con

cessa

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c ita nobis commendatam esse virtutem fidem observantiam in Nos singularemq in rebus gerendis Pii Hieronymi Buzenshi salinarum nostrarum Cracovien Prefecti et Secretarii nostri industriam, ut cum ei iam Villa Podezniczze in terra Siradiensi consistentis de manibus Pii Joannis Christophorski Secretarii nostri et aulici, expensa eiusdem redimenda potestatem permiserimus nunc eidem

eiusdem

eiusdem Villæ liberum usum fructum ad extrema
eius vitæ tempora dandum esse putemus damus=
q̃ harum serie Literarum. Promittentes verbo nos=
tro Regio pro Nobis et Hæredibus Successoribus no=
stris neque per nos neque per illos supramemora=
tæ Villæ possessionem et usumfructum Do Hierony=
mo Buzenski Cuppario Nostro prædicto quamdiu vi
xerit ulla unquam ratione adimptum iri, etiamsi for=
te fisci cuiusvis mensæ alterius nostri vel Reipblicæ
usus postulare videretur. Neque vero cuiquam ho=
mini redimendi potestatem facere poterimus Succes=
sores q̃ Nostri poterint sed ad extrema usque vitæ tem=
pora supramemoratus Hieronymus Buzenski libe=
ram Villæ supramemoratæ utendi et fruendi pote=
statem sit habeturus. Quod si aliquando Literis his
nostris aliquid contrarium per oblivionem vel alia
quampiam causam ex Cancellaria nostra exciderit,
illud omne Literis his nostris nullius ponderis fore
decernimus iamque ex hoc tempore irritum esse
volumus. Mortuo autem illo villa supramemora=
ta quam primum per nos vel Successores nostros sum=
ma in redemptionem exposita a Successoribus eorum
fuerit redempta pleno ad nos rursum iure redibit. Iu
ribus Nostris interim manentibus salvis. In cuius
rei fidem Sigillum nostrum præsentibus est ap=
pensum. Datum Vilnæ penultima decembris. An
no Dñi MDLVII Regni nostri XXVII.

Relatio est supra

Consensus super exstruendam piscinam

in

in Rippa Villæ Koziagora Nobili Jo
anni Osieczkowski Advocato ibidem
Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod Nos ad intercessionem certo=
rum Consiliorum Nostrorum pro Parte Nobilis Jo=
annis Osieszkowski Advocatis in Villa nostra Ko=
ziagora tenutarii ad Nos factam ipsi permitten=
dum duximus, uti quidem permittimus Literis hi=
ce nostris quod possit piscinam in rippa bonorū
nostrorum Villæ prænominatæ Koziagora ac No=
mina estruere sine tamen magno nostro et subdito=
rum Nostrorum in eiusmodi bonis consistentium
Damno et incommodo eiusmodi Piscinam per eū
estruendam per prænominatum Joannem Osiecz ko=
wski Advocatiæ Villæ ipsius Koziagora Tenuta=
rium ac illius Successores dictæ advocatiæ Posse=
sores cum omnibus illius commodis ac emolumen=
tis tenendam habendam utifruendam pacifice que
et quiete una cum reliquis reditibus advocatia=
libus secundum literas advocatiales illi desuper
concessas possidendā. Quod omnibus quorum interest
nominatim vero Pō Stanislao Dziadushi Capitanē=
o Nostro Kamenensi moderno ac pro tempore exi=
stentibus illius loci Capitaneis Denunciamus mā=
dantes ut hoc beneficium in prænominatum Joan=
nem Osieczkowski per nos Collatum ratum omni=
no esse velint, eumque in estruenda piscina eiusmo=
di no impediant impedirique a quopiam patiantur
Pro gratia Nostra aliter non facturi In cuius rei fi=
dem &c Datum Vilnæ penultima Decembris Anno
Domini

Domini MDLVII Regni Nostri XXVIII

Relatio ut supra

A. XXVIII 1558

Nobilitatio Sebastiani Niwski

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Prudens et Sagax hominum natura ut multas laude administrationeque dignas res excogitavit ita ut hanc non postremi Judicii reperit, quod iis qui se totos virtuti devoverint honoris perpetui insignia tribui voluit, veluti frustra unum quemque res ardeuas et preclaras tentaturum et perfecturum fore ni- si eum gloria que virtutis solet esse comes consequeretur. Si quidem ea re duplex beneficii meritus effici solet. Nam et viris claris cum meritus honos pereximitur et posteritas hoc exemplo ad recte faciendum potissimum accenditur. Quare et Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ nec non Terrarum Cracoviæ &c in tribuendis honoribus eiusmodi Principes illos a quibus id per manus tradi- tum habemus, imitandos nobis esse putavimus Et proinde universis et singulis quorum interest aut in futurum quomodolibet interesse poterit planum testatumq; facimus his literis nostris. Ex consiliariis quibusdam nostris syncere et fidelibus dilectis, multa nobis de singulari fide virtute probitate Sebastiani Niwski relatis atque hæc omnia in eo adeo sibi cha- ram probata- que esse. Nos itaque laudibus

et

commendationibus ipsis locum dantes, ipsum
Sebastianum Niewski bonis alioquin et hone-
stis Parentibus materno etiam nobili genere pro
gnatum nobilitandum duximus Nobilitamusque
et Nobilem creamus, Sebastianumque Niewski appel-
landum decernimus et Statuimus praesentibus Literis
Nostris non secus atque si ab avis suis atque aba-
vis Nobili loco in Regno nostro Polonia prognatus
et progenitus fuisset. Cuius quidem Nobilitationis no-
strae habebit insigne Stemma Rozam albam in ca-
po rubeo cum omnibus illius ornamentis, ita ut
hisce literis opera et immunitate pictoris perfectu
est. Duo quidem insigni ipse Sebastianus Niewski,
ac eius Successores ac posteritas legitima tam in
obsignandis literis quam in monumentis edificiis
et aetibus quibuscunque Nobili vero exercen om-
nibusque immunitatibus libertatibus praerogativis
quibus Nobilitas Regni nostri dotata est et orna-
ta gaudebit fruetturque et ad quaecunque quosvis
honores in Regno et Dignitates tam spirituales
quam seculares non secus illi iter patebit, atque
iis qui ex maioribus suis Nobilitatis acceperunt
initium. Quocirca Vobis universis et singulis No-
bili sanguine natis et honoribus quibuscunque or-
natis denuntiamus vosque pro nostra authoritate
hortamur, ut Nobilem hunc Sebastianum Niewski,
eiusque posteritatem sexus utriusq insigni Nobili-
tatis a Nobis decoratum vobis gradu et estimati-
one aequalem habeatis, nec ulla obtrectatione eti-
am vel aperta famam eius laedatis et proscinda-
tis. Quod vos pro singulari vestra virtute et officio
facturos non dubitamus, gratiam vobis ea re nra

et

et favorem Regium reconciliaturi. Alioquin qui=
cunque is esset ex hominibus ditionis et potestatis
nostre, qui eius virtutis et estimationi obtrectationem
ac contra insigne hoc virtutis ac nobilitatis a No=
bis illi delatum contravenire ausus fuerit. Quin=
quaginta marcas argenti mulctabitur, illudque
idem argentum fisco nostro applicabitur. Ut au=
tem maior huic Privilegio fides habeatur, Illud
manu nostra subscripsimus et Sigillo nostro com
muniri mandavimus. Datum Vilne ipso die Cir=
cumcisionis Domini Anno eiusdem 1538. Regni
nostri ut supra Presentibus ut supra
Sigismundus Augustus Rex subscripsit

Confirmatio Literarum pro Parte Calisi
ensium

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Productas esse coram Nobis no=
mine Famatorum Proconsulum Consulum toti=
usque "Communitatis Civitatis Calisiensis literas papireas ex
"atis Venerabilium Stanislai Polanski Canoni=
ci et Officialis. Alberti Starezewski Prædicatoris
et Vicecustodis Calisien. Judicium Commissari=
orum Sedis in Christo Patris Domini nicolai
Drzewicki Archiepi Gnesnen Legati nati et
Regni nostri Primatis ad infrascripta De=
putatorium transsumptas Sigillis eorundem
solitis et Simonis a Calisz Notarii Publici ma=
nus subscriptione munitas integra et nulli vi=
tio obnoxias continentes in se confirmationem
certi in eisdem descripti Privilegii, que continetur

Relegi

Religiosos Fratres Stanislaum de Kibwat Ordi=
nis Sancti Francisci Custodem Gnesnen de consen=
su venerabilium Marci a Turi Veneti Sacre The=
ologie Professoris et in ipso ordine commissarii A=
postolici et Francisci Cosirei Sacre pagine
doctoris Regni nostri et Bohemie Provincia=
rum Ministri totiusq provincialis Capituli Cra=
covie Anno Domini Millesimo quingentesimo
quadragesimo quarto pro Feriis S. Joannis Ba
ptiste celebrati, hortum ecialem in antigua Civi=
tate Calisz ex opposito molendini eiusdem Civita=
tis situm et fluvium ab eo eodem molendino ad=
aggeres usque civiles et ultimum Pontem prope=
Templum sancte Trinitatis in suburbio eiusdem
Civitatis Calisiensis decurrentem et fluentem una
cum laborioso Mathia Cwoima dicto hortulano
eisdem Bonis adiucto sub censu annuo unius
sexagene pecuniarum ac modio salis quolibet
Festo S. Martini ad Monasterium suum Franci=
scanorum solvendo et pendendo Famatis Procon=
suli et Consulibus Advocato et Scabinis totique
Communitati Civitatis Calisiensis cum omni iu=
re dedisse et donasse perpetuo. Supplicatumque
Nobis prefatorum Calisiensium nomine est e=
as ipsas transsumpti Literas donationemq pre=
fatam in eis contentam a pensu et authoritate no=
stra Regia approbare et confirmare dignaremur
uti quidem subplicatione eiusmodi deducti
approbamus et confirmamus easque in eis con=
tenta, tanquam hic de verbo ad verbum inser=
ta essent, vim et robur debite firmitatis ob=

tinere

tinere debere decernimus Literis hisce nostris. Qui=
bus in fidem Sigillum nostrum est appressum.
Datum Vilnæ die prima Januarii Anno Domini
MDXVIII Regni nostri XXVIII

Relatio ut supra

Exemptio Domus in oppido Warta ab
omnibus oneribus et Iurisdictione Civi
li perpetua.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod Nos pro eo studio quo
in augendum cultum Divinum perpendimus
simulque certorum consiliariorum nostrorum
precibus adducti Domum in oppido nostro War=
tha e Regione Schola penes cemeterium Eccle=
siæ Parochialis Sancti Nicolai in eodem Op=
pido sitam per honorabilem olim Stanislaum
Stalmaszek eiusdem Oppidi Commendatorem
pro altari Sancti Laurentii in Ecclesia pre=
fata fundatam ab omnibus et singulis one=
ribus censibus contributionibus exactioni=
bus tam oppido nostro Warthensi quam Re=
bus et reipublicæ Regni nostri ex consuetudi=
ne et Statutis Regni pendi solitis et ab o=
mni iurisdictione Civili eximendam et libera=
dam duximus ita ut liberamus et eximimus
præsentibus Literis nostris liberamq et immu=
nem ab omnibus esse volumus temporibus per=
petuis libertati et immunitate ac iurisdicti=
oni Ecclesiasticæ, quibus illam secuti omnia
bona Ecclesiastica gaudere volumus aperben=
tes et incorporantes. Quocirca omnibus et sin=
gulis

gulis tam nostris quam Civilium Contributionu,
censuum exactoribus et eorum prefectis et Officia=
libus denuntiantes mandamus, ut nequid deinceps
ratione horum omnium huius Domui eiusq Posse=
ssori faciesant negotii, sed illam eiusve Possessores
Albaristam altaris prefati modernum et pro tem=
per existentem libertate hac illi per Nos concessa
frui et gaudere permittant temporibus perpetuis
pro gratia nostra. In cuius rei fidem &c Datum
Vilne prima Januarii Anno Domini MDXVIII
Regni Nostri anno XXVIII
Sigismundus Augustus Rex subscripsit

Inscriptio seu recognitio debiti 170=
0. Florenorum per Isaac Judaeum Ho=
nesto Fabio Baldi Florentino facta.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod comparens personaliter
coram Nobis perfidus Isaac Judæus filius Samu=
elis extra muros Civitatis Kazimirien palam
publice et per expressum recognovit. Quia tene=
tur honesto Fabiano Baldo Florentino Florenos
mille septingentos numeri et monetæ Polonicalium
certi veri et liquidi debiti. Quos quidem mille et se=
ptingentos florenos praenominatus Isaac Judæus sub
iecit se et praesentibus obligat eidem Fabiano Bal=
do ad ratas infrascriptas numeraturum et soluturum
Lublinique repositurum. Et primo centum florenos
numeri et monetæ eiusdem pro Festo Sancti Simo=
nis et Judæ Apostolorum in anno Domini Millesi

mo

mo quingentesimo quinquagesimo octavo. Deinde pro Dominica Penthecostes, Anni 1559 centum florenos. Tertia vero ratha anni eiusdem pro Festo Simonis et Iude Apostolorum similiter centum florenos. Item in anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo pro Dominica Penthecostes florenos centum quarta ratha, ac in eodem anno pro Festo Simonis et Iude Quinta ratha centum florenos. In anno preterea 1561 pro ratha sexta pro Dominica Penthecostes florenos centum et pro Festo Simonis et Iude eiusdem anni florenos centum pro septima ratha. Sed et in anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo pro Dominica Penthecostes Florenos centum octava ratha. Pro Festo vero Simonis et Iude eiusdem anni florenos centum ratha nona. Ac deinde in anno Di 1563. Pro Dominica Penthecostes decima ratha florenos centum. Undecima vero ratha florenos item centum pro Festo Simonis et Iude anni eiusdem. In anno preterea millesimo quingentesimo sexagesimo quarto pro Festo Penthecostes Florenos centum duodecima ratha. Pro decima vero ratha anni eiusdem pro Festo Simonis et iude florenos centum. Preterea in anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto. Pro Festo Penthecostes pro quatuordecima ratha florenos centum, ac pro Festo Simonis et Iude anni eiusdem florenos centum quindecima ratha. Ultimo in anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo sesto pro

Festo

Festo Penthecostes Florenos centum pro penul=
tima ratha. Ultima vero ratha in eodem an=
no Florenos centum pro Festo Simonis et Jude
Apostolorum. Casu vero quo prænominatus I=
saac Judeus summam prænominatam pro ali=
qua ratha temporum suprascriptorum non sol=
verit solvereque quovismodo neglexerit. Ex tunc
subiicit se ac successores suos ac presentibus
obligat eidem Fabiane Baldo Florencio dare et
admittere realem intromissionem ac actualem
possessionem in medietatem domus sue, omni=
umque ad eam medietatem domus pertinentium
quam habet extra muros Crac. ad se legitime
concernentem, et in eiusdem domus possessione
eundem Fabianum Baldo Florentinum ab o=
nnibus aliis debitis et contractibus inscriptis
et inscribendis tueri evincere liberare ac inde=
mnem reddere ab omnibus Personis sexus et
conditionis, cuiuscis existentibus nec non ab
impetitione iuridica prout ad quamlibet per=
sonam spectare et pertinere videbitur nullis
exceptionibus et effugiis illum vadendo. Quod=
si intromissionem eiusmodi per se vel alias
quascis Personas impugnaverit neque eum
in possessione tueri voluerit aut ubi possessio e=
iusmodi ipsi Fabiano Baldo Florentino ita
levis pretii visa fuerit, ut eum nequaquam
respondere summa debita posse existimaverit,
ex tunc potestatem faciet prænominatus Isaac
Judeus ipsi Fabiano Baldo seu illius Pe=
nipotenti sui ipsius ubicunque aspectatus

fuerit

fuerit detinendi, ac in carcere tradendi et ta-
dii aspewandi quo ad sibi sive per satisfactio-
nem sue fideiussoream cautionem aliumve qui-
quam contractum, tam ratione Principalis de-
biti, quam sumptuum et expensarum ac da-
mnorum ex ea ratione subsecutorum satisfa-
ctum ab eo fuerit omni exceptioni contra pre-
missa renuntiando. Et hic idem coram Nobis pre-
fatis Fabian, Baldo Florentinus per suum Ple-
nipotentem Honestum Babtistam Bardi Ita-
lum servitorem nostrum de cuius plenipoten-
tia satis Nobis constabat recognovit quia Pre
nominatum Isaac Judeum de omnibus sum
mis pecuniariis contractibusque ac chirogra-
phis sibi per prefatum Judeum datis ac obli-
gatis qualescunque ille fuerint, ac prioris Da-
te quam presens inscriptio extiterint, quie-
tat absoluit Chirographaque ipsa cassat mor-
tificat et in nihilum presenti recognitione
redigit, sibique et suis Successoribus ratio-
ne eiusmodi contractuum Chirographorum
obligationum et inscriptionum quarumvis per-
petuum silentium imponit presenti recogniti
one sua mediante. Quam quidem recognitio-
nem aut inscriptionem modo premisso factam
ratam et gratam habentes eam in omnibus eius
punctis clausulis et conditionibus approba-
mus confirmamus et ratificamus literis his-
ce nostris. Decernentes eam vim debitumque
robur obtinere debere. Harum testimonio Li-
terarum quibus Sigillum nostrum est ap-

pressu

presium. Datum Vilne prima Januarii Anno
Di MDLXVIII Regni Nostri Anno XXVIII

Relatio ut supra

Commensurationis certorum a=
grorum inferioris et superioris Lu=
bcza Confirmatiw

Segismundus Augustus &c
Significiamus &c Exhibitum esse coram Nobis no=
mine Generosi Stanislai Bonar de Balicze
Secretarii et Biecen[sis] Czchovensisque Capita=
nei nostri Actum certorum Commissariorum
nostrorum in papiero scriptum et Sigillis ma=
nibusque eorum subscriptum et obsignatum
sanum Salvum et integrum nullaque in par=
te suspectum commensurationem certorum
agrorum superioris et inferioris Lubcza in se=
continentem. Supplicatumq est nobis ut eun=
dem authoritate nostra Regia approbare con=
firmare et ratificare dignaremur cuius tenor
de verbo ad verbum sequitur et est talis. A=
ctus Commissorialis celebratus est in villa Lu=
bcza inferiori et taberna eiusdem Ville Jenu=
ta Dni Stanislai Bonar de Balicze Biecen=
sis et Czchovensis Capitanei per Dnum Joan=
nem Jarto de Szczharzewicze Capitaneum
Pilznensem et Sacre Maiestatis Regie Se=
cretarium et Venerabilem Paulum Lipinski
Canonicum Sendomiriensem Commissarios

per

per sacram Regiam Maiestatem ad causam et negotium infra scriptorum datos et deputatos, Feria sexta, ante Festum sanctæ Catharinæ virginis proxima Anno Domini MDCVII Præsentibus Prio et Nobilibus Nicolao Jordan de Zuchli czyn Nicodemo Kowalowski Judice Castrensi Biecensi, Alberto Straß Petro Btowski, Laurentio Stoiowski Cirulo Chrząstowski Hieronymo Kowalowski et aliis quam plurimis Nobilibus et Testibus circa præmissa personaliter existentibus.

Qui quidem Domini Commissarii suprascripti fundata per eos prius Jurisdictione eorum Commissoriali insporunt ad judicium cum acclamare Ministeriali Terrestri partem citatam videlicet Prum Stanislaum Bonar de Baliże Biecensem et Czchoviensem Capitaneum Bonorum utriusq Liberæ Superiorris et inferioris Tenutarium, qui eius acclamatus tanquam mandato Sacræ Regiæ Matis et iuri parens et obediens coram eodem judicio Commissoriali prefatorum dominorum Commissariorum comparuit.

In primis itaque coram prefatis Dominis Commissariis in Judicio Commissoriali post fundatam uti præmissum est Jurisdictionem eorum residen, Commissæ Sacræ Rᵉ Mtis per Laboriosos Emolumentos et incolas bonorum prefatorum utriusque Liberæ superioris et inferioris reproducet et de verbo ad verbum leta est cuius Commissionis tenor et obligacio

per

per eosdem Kmetthones Ville utriusque Lubeza
hic pro expressis habetur.

Post cuius quidem commissionis Sacre Re Ma=
iestatis reproductionem prepassuerunt iudiciali=
ter prefati Laberiosi Kmethones et incole Bono=
rum utriusque Lubeza superioris et inferioris
Actores iusta innotescentiam suam Commisso=
rialem ex Commissione prefata Sacre Regie Ma
iestatis excrescen et emanata in et contra Gre
Stanislaum Bonar de Baliez Biecensem et
Czchovensem Capitaneum bonorum prefato=
rum utriusque Lubeza Senatarium. Cuius te=
nor qui sequitur est talis. Joannes Larto de
Szczekarzowicze Capitaneus Pilzensis Sta=
nislaus Bronicowski Equites Premisliensis Fra=
jectus Jacobus Rozen Subcuden Cracovensis
et Paulus Lipinski Canonicus Sendomirien=
sis Commissarii per Sacram Regiam Maiesta=
tis Commissi et deputati. Tibi Dno Stanislao Bonar Ca=
pitaneo Biecensi innotescimus Literas remis=
soriales Sacre Regie Mtis ex parte incolarum
utriusque Ville Lubeza nobis esse oblatas, qui=
bus quidem Literis sua Sacra Regia Maiestas
nobis mandare dignata est, ut constituto inter=
se certo tempore, vocatis ad se partibus utri=
que in causa commensurationis agrorum co=
lonorum Ville prefate. iusta decretum Sacre
Regie Maiestatis et in eadem commensura=
tione iusta priorem commissionem procede=
remus et finem debitum determinaremus. Ideo

vigore

vigore Regio et nostro ea officio quo in hac parta fungimur tibi mandamus. Quatenus coram Nobis in prefata Villa Lubeza in loco residentie Nostre feria sesta ante festum Sancte Catharine Virginis nunc instans proxima personaliter compareas ad videndum et audiendum Nos iusta Decretum Sacre Regie Maiestatis ulteriius in ea causa procedi et causam prefatam occasione prefate commensurationis sine debito terminare. Certificantes te quod sive comparueris sive non, nos ad ea que Nobis sua Sacra Maiestas mandare dignata est contumacia tua non obstante contra te procedemus. Datum in curia Regali Strzegocziere feria secunda ipso die omnium Sanctorum Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo

Et tandem prefati Lubieziance Actores advocati cum Senioribus Scabinis et tota communita te bonorum prefatorum utriusque Lubeza petierunt Dominos Commissarios proceedi iusta vim Commissionis Sacre Regie Mattis et terminum assignant, videlicet ut agros eorum iusta Decretum Sacre Regie Mttis commensurent ac labores inde constituant debitos iusta decre tum Regie Maiestatis et agrorum emensurationem.

Ex adverso pars citata videlicet prefatus Pius Stanislaus Bonar de Balicze per suum Procuratorem legitimum Nobilem Valentinum Followski dixit Domini Commissarii petit Dominum Capitaneum Biecensis, quatenus Dominationes Vestre in causa

hac

hac presenti non procedant, nam et hæc et ea=
dem causa et actio antea fuit ab ipsis Kmetho=
nibus et incolis utriusque Villæ Lubcza adhuc
Magnifico olim Domino Severino Bonar de Bali=
ce Castellano Sandecensi ac parenti eius et eius=
dem olim Mci Domini Severini Bonar Arendarii
eorundem bonorum utriusque Lubcza luitione in=
tenta et tandem ex controversia Partium per De=
cretum Serenissimi olim Sigismundi Dei me=
moriæ Regis decisa iam est et ad determinan cer=
tis Commissariis suæ Maiestatis Regiæ et emenser=
randi lancos et agros ipsos erat commissa ac interim
ex appellatione a Commissariis prefatis ad Sereniss=
simum Regem nostrum modernum Sigismundum
Augustum erat devoluta ac per decretum suæ ma=
iestatis Regiæ ex propositione et responsis par=
tium comparentium decisa et determinata. Et
cum est Decreto Regiæ Maiestatis hæc causa
determinata per sententiam definitivam ex
tunc iterum renovari et intentari sibi non po=
test. Duobus enim modis causas determinatas
et dirimendas scimus iuxta statuti dispositi=
onem aut sententiam definitivam vel in lau=
dem condemnationem in partis contumaciæ aut
non parionem, sed ad meliorem informationem
et probationem premissorum clariorum repro=
duxit prefatus Capitaneus Biecensis Decretu
Sacræ Regiæ Maiestatis, quod etiam et prefati
Actores reproduxerunt sub Sigillo Cancellariæ
Sacræ Maiestatis Regiæ in eadem Verba, ubi
sua Maiestas Regia decrevit laborem facere et

solvere

. solvere censum et proventus de laneis et agris pra=
fatorum ceterorum emensuran per certos suæ Ma=
iestatis Regiæ Commissarios. Et ibidem reproduxit ex vi illius prafati decreti actum Commissori=
alem sub sigillis et manuum subscriptione Com=
missariorum Certorum in Lubecza peractum et celebra=
tum sub Lata anni Domini Millesimi quingentesi=
mi quadragesimi noni die Dominico proximo an=
te Festum Divisionis Apostolorum eiusdem anni.
Ex quo actu constat iam Commissarios prafatos ex
Commissione Maiestatis Regiæ agros ipsorum Kme=
thonum Actorum in Lancos commensurasse et ipsis
Kmethonibus Actoribus iusta eosdem Lancos emē=
suratis inhærendo Decreto Maiestatis Regiæ
laborare et censum et dacias solvere et extradere de=
crevisse. Atque commissariorum Decreto ipsi om=
nes Lubczanic ad Sacram Regiam Maiestatem
appellaverunt. In termino vero appellationis Sa=
cra Regia Maiestas totum actum Commissoria=
lem partibus comparentibus et terminum appel=
lationis attentan in toto approbare et ratificā=
re dignata est. Cuius rei ad maiorem probationē
hoc ipsum decretum ultimum suæ Maiestatis Re=
gia in hac causa sub sigillo Cancellariæ Sacræ
Maiestatis Regiæ coram Dominis Commissariis
reproduxit. Qua premissa omnia et singula per
Dominos Commissarios publice et audibiliter in
aures et faciem actorum prafatorum lecta et tru=
tinata sunt. Ratione quorum probationum et de=
ductionum coram Dominis Commissariis petiit pra=
fatus Dominus Capitaneus Biecensis citatus iusta
Decreta commissariorum et maiestatis Regiæ prædi=

fo

ctt.° se in toto conservari. Et ex quo causa ipsa est finaliter et sufficienter determinata decreto suæ Regiæ Maiestatis a termino et a causa perpetuo se liberum pronuntiari affectavit, Decreto Dominorum Commissariorum mediante.

Et replicando ipsi Actores dixerunt se nihil de talibus decretis scivisse, neque velle scire, sed ut Domini Commissarii alterius procedant petierunt.

Procurator vero prafati Domini Capitanei Biccensis dixit, oportere eosdem Actores et scire et non nudis verbis negare actus Commissoriales ad Decreta Sacra Regiæ Maiestatis emanata impetratis sub Sigillis suæ Maiestatis emanata immo illis obedire et pro sacro facto observare nec eis unquam contravenire. nihilominus Prafatus Dominus Capitaneus Biccensis ut primus petiit se liberum et absolutum a termino et causa per Decretum prafatorum Dominorum Commissariorum perpetuæ pronuntiari. Et Domini Commissarii abditis partium prafatarum propositionibus et responsis attentis juribus sufficientibus per prafatum Dominum Capitaneum Biccensem reproductis, ubi constat causam præsentem esse iam sufficientissime conclusam et Determinatam. Decretis, tamen Commissariorum tu Suæ Maiestatis Regiæ quod sufficienter probavit prafatus Dominus Capitaneus Biccen Literis et Documentis authenticis ex Cancellaria

laria Sue Maiestatis Regie emanatis quib⁹
prefati Domini Commissarii ut equum est
maiorem fidem quam simplici apertioni pre=
fatorum actorum adhibend et eis inherend ita=
que ipsum Dominum Capitaneum Biecensem
a termino et causa presenti liberum et absolu=
mano Kiersten Cive Pedanen repetere debet,
sed ipsi Drohojowski conjunctim aut quivis
illorum seorsim vigore recepisnis a Chiro-
grapho ipso præsentis, Submittitque se ipse
Martinus Zubrzyezki ac suos Successores so-
bligat eisdem Drohojowskiem conjunctim
aut cuius ipsorum seorsum hoc ipsum Chi-
rographum super summam præfata a præfato
Cive Pedanen receptum, hinc ad decursum
octo hebdomadarum, immediate sesequen-
tium restituere ac in manus illorum trade-
re sub vadio similis summæ octingentorū fl
pecuniæ. Casu quod si et inquantum eand
summam octingentorum fl Pecuniā a præ-
fato Cive Pedanen vigore ipsius Chirographi
jam recepti repetere aut repetere vellet aut

ejus

ejus Successores vellent, aut si et inquantu eisdem Drehojowstuem aut ejusvis illorum hocipsum Chirographum in decursu prestatarum octo hebdomadarum restituere non curaverit. Estunc eisdem hocipsum vadium octingentorum florenorum pecunie adsolvendum succumbet aut ejus Successores succumbent. Pro quo vadio si et in quantu pro illo sit citatus et ubicunque praventus et arestatatus tam in judicio Terri cujusvis terre et districtus quam in judicio Haydeburgen cujusvis Civitatis et Oppidi, aut etiam ubicung alibi in quocunque loco apud quasvis personas status et conditionis cujusvis illic post sui arestationem eisdem Drehojowskim recedendi a quibusvis juribus prerogativis et libertatibus suis, nec non a terris et districtibus suis propriis pro eodem vadio ex quacunque causa succumbito et in presenti inscriptione specificata satisfacere tenebit de loco illo ubi preventus et arestatus requisitusque fuerit, non recedendi nec in aliu locum se trasferendo, ubi vero defecerit insatisfactione pro eodem vadio, estunc pere eisdem Drehojowskie aut quemvis illorum inantum retinere debet, alias mu bydz pohamowan quousque pro eo proque inculpatus fuerit satisfecerit plenarie. Ad que omnia et singula in inscriptione presenti contenta expressa et specificata ipse Mar

tinus

tinus Zubrzyczki personali recognitione sua
consensit, ac eadem onera in inscriptione pre-
senti expressa in se bonaque sua omnia quevis
ubicunque per ipsum habita assumpsit praesen-
tibusq assumit. Quam quidem recognitionem
Nos ratam habentes eam approban ratifica-
dam et confirmanda duximus, approbamusq
ratificamus et confirmamus presentibus Lite
ris nostris. Decernen eam et omnia in eis con
tenta robur debitum obtinere debere Harum
Testimonio Literar si Datum in Krasnystaw
Die 26 Julij. Anno Dni MDLVIIII Regni nri
XXIX

Relatio ut sup

Confirmatio Literarum infrascri-
ptarum pro parte Honesti Jacobi
Medrek.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Exhibitas esse coram Nobis
literas pargameneas nomine Honesti Jaco-
bi Medrek de Villa Dzierzgowiczie Ensi olim
Zbignei de Thenczyn Succamerarij Krako-
vien et Capitanei Mariaeburgen vanassal-
vas nullaque in parte suspectas sigillo ejusd
appenso communitas donatione perpetua
omnium mellificiorum et sylvis et bortis ad
Tenutam ville Dzierzgowiczie ex antiquo perti-
nen percipien in se continen. Supplicatuq

esse

est Nobis eiusdem Iacobi Medrek nomine ut
eas approbare rat et confirmare dignaremur.
Quarum tenor est talis. In nomine Dñi Amen
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Zbigneus
de Thenczyn Succamerarius Cracovien et
Capitaneus Mariemburgen tenore presentiu
significamus mediante quibus espedit uni=
versis. Quia assiduis et frequentissimis pro=
videi Stanislai Bartnik dicti familiarii mi
moti petitionibus et insuper eiusdem fide=
bus premente veritis habentibus, quibus ipse
ab annis retroactis non paucibus Nobis ex=
placare studuit, ipsum quoque ad diuturni=
ora volentes reddere tempora promptiorem
sibi omnia nostra tenuta villa Dzierzgowi=
cze mellificia in borris et sylvis in suis li=
mitatibus quomodo libet spectan, una cu
Domesticis fertilibus, alvearijs, manu larga
et integra dedimus, donavimus, damusq
donamus et largimur per presentes, per i=
psum stanislaum et suos Successores legiti=
mos tenen, haben, utifruendu ac prout si=
bi et suis legitimis Successoribus melius et
utilius espedire videbitur convertendu perpe
tuo et in evum. Ita tamen quod prefatus
Stanislaus et sui Sucres Nobis et nris Suc=
cessoribus duos mellis Quoretos, singulis an=
nis pro Festo Martini Sancti dare et sol=
vere teneatur et tenebitur. Cui insuper Sta=
nislao

nislao concedimus et damus in omnibus bor-
ris et sylvis ad dictam Dziewzhowicze quomodo
libet spectan omnia mellificia sua suorug
Successorum pro meliori utilitate noviter stru-
enda et excuvenda. In cujus rei testimonium
sigillu nrum consvetum de nostra scientia
presentibus est subappensu. Anno Domini
Millesimo quadringentesimo nonagesimo
primo. Nos itaque Sigismundus Augustus Rex
prefatus supplicationi uti juste benigne an-
nuen, Literas superius scriptas in omnibus e-
arum punctis et conditionibus approbandas
et confirmandas duximus, approbamusq et
confirmamus presentibus literis nris decer-
nen eas vim et robur perpetuæ firmitatis obti-
nere debere. In cujus rei testimonium sigil-
lum nrum presentibus est appensum Dat in
Krasnystaw Die XXVI Julij Anno Dni MDLVIII
Regni nri XXIJ

Relatio ut sup

Donatio feudalis Villæ Lenikowicze
Generoso Trojano Provano de
In nomine Domini Amen
Perpetua esto hujus rei quæ sequitur me-
moria. Quum cæterar memorabiliu rer,
tum vel maxime liberalitas Principum utile
est extare memoriam non solum ut similis
munificentiæ spe, cæteri ad virtutem et de

Princi-

Principibus bene merendum, innitentur, sed
etiam ut ea ipsa liberalitas ijs, in quos benefi=
cium confertur, literarum durante testimonio
possit esse diuturna. Nos itaque Sigismundus
augustus Dei gratia Rex Polonie ac Regnis=
carum ac Duxq cum Suus Trojanus Provana
Secretarius noster hanc animi sui prompti=
tudinem erga Nos ostenderit, ut relicta Pa=
tria ac Nobilissimis Parentibus suis hic in
Regnum nrum cum fratre suo Prospero et
Facultatibus suis se contulerit, municipoque
Regni nri factus jus ejus et universa Nobili=
tatis Polonæ consecutus sit, servitutemque
primum Serme Parenti nre deinde Nobis fi=
delissimam jam per annos 19 in Secretarij
officio prebuerit, ac in omnibus ut Nobilem
et Honestum Virum decet, se gesserit ipsi
et legitimis ejus sexus Masculini Succesco=
ribus villam nostram Lenthkowicze libera
nulli obligatam nec impignoratam in ter=
ra Cracovien et Districtu Proscovien sitam,
quam is jure vitalitio a nobis Datam hucus=
que obtinuit damus donamus hisce literis
nris perpetuo et irrevocabilis feudalis ta=
men donationis titulo, cum omnibus juri=
et jurisdictionibus agris, prædijs, pratis, cam=
pis cultis et incultis, pascuis, sylvis, pinetis,
quercetis, ruberis, arbustis, fluvijs Flumini=
bus, rivis, lacubus, paludibus, stagnis, pisci=

nis

nis, piscaturis, molendinis, venationibus, aucu-
pijs, censibus, solutionibus, pensionibus, tam
pecuniarijs, quam frumentarijs, laboribus,
oneribus et generaliter cum universis et sin-
gulis fructibus reditibus, proventibus, como-
dis utilitibus, et obventionibus, quocunque
nomine nuncupentur inventis et invenien-
dis, cumque universis et singulis ad eam vil-
lam quoque modo pertinen, ita late longe
et circumferentialiter, uti suis finibus anti-
quitus circumscripta et ab alijs bonis dister-
minata est, haben tenen et cum omni jure
Dominio et proprietate, nec non jure Patrona-
tus seu presentandi nro possiden. Quin et
dandam, donan, venden, permutan alienan
et in eos quos voluerit, vel legitimi ejus ves
masculini Successores voluerint usus con-
verten, nostro tamen Sermorum Successo-
rorum consensu ante omnia implorato, ni-
hil nobis in ea ipsa villa neque Sermis Suc-
cessoribus nris juris Dominij aut proprie-
tatis reservando, quin totum in ipsum Se-
renissum Trajanum Provanam et legiti-
mos ejus verus Masculini Successores tras-
fundendo. Deficientibus vero Successoribus
ejus masculinis ex linea legitima procedon
villa predicta ad Nos aut Sermos Succesbo-
res nros pleno jure devolvetur. Ita tamen
quod cum Nos successoresve mi defficien,

ut

ut premissum est, Successoribus ejus Masovi-
lis, villam prefatam vendicare et acceptare
voluerimus vel voluerint eatunc filiabus
ejus lineæ femineæ, aut ei qui constitutus
fuerit, hæres ipsius propinquior, duo Mil-
lia florenorum pecunie monete et nume-
ri Regni nri, ratione servitiorum ejusdem
Trojani Provane Nobis exhibitorum et exhi
bendorum primum solvere et numerare, tu
etiam omnem sumptum, omnesq impensas
per ipsum aut ejus Successores in restauran-
dam et benedificandam villam prefatã, nõ
modica reparatione agentem quomodocunq
et qualitercunque expositas et exponendas
justa adjunctione taxatorum per Nos aut
Primos Successores nostros deputandorum,
nec non omne id quicquid idem Trojan,
in redemptionem triginta lanearum agri a
Kmethonibus ejusdem ville, et abijs eorun-
dem laneorum Rebesoribus, justa Privile-
gium ipsis Kmethonibus super eosdem tri-
ginta lanes, per Sermum olim Kazimiñ
Magnum concessum exposuerit, numera-
re et reponere tenebimur et Successores
nri tenebuntur. Quique et non aliter pos-
sessionem ville prefate Lendzkowicze appre-
hendere debebimus et Successores nri debe-
bunt. Harum testimonio Literar, quibus
manu nostra subscripsimus et Sigillum

nrũ

nrum appendi curavimus. Datum in Kra-
snystaw Die 26. Julij. Anno Dni 1552 Regni
nri XLII Præsentibus ut supra

Confirmatio articulorum et conditio-
num infradescriptorum pro Parte
Providorum Sartorum Liczexistensium.

In nomine Domini Amen
In perpetuam rei memoriam. Nos Sigismu
dus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ &c Signi-
ficamus &c Supplicatu Nobis esse nomine Pro
vidorum Sartorum Civium Liczexisten in
Terris Russiæ consistentium, ut certos Arti-
culos et conditiones per eos Nobis exhibitos,
ad quorum præscriptum artificibus artis eor
seu alterius cujuvis, quicunq in contuberniu
eorum se insinuare voluerint contuberniu
instituere liceat authoritte nostra approba-
re ratificare et confirmare dignaremur. Quo-
rum quidem articulorum tenor est hic. In no-
mine Dni Amen. Nos Nicolaus Ochapski
Sartor, una cum Consulibus Oppidi Liczei-
ske universis et singulis, quibus necessum
est tenore præsentium recognoscimus. Quo-
modo in præsentia nostra residentiæ, con-
stituti Circumspecti et Honesti Viri, Magi
stri Artis Sartoriæ Concives nostri postulan-
tes a Nobis ipsis dari Privilegium justa mo-
rem et consvetudinem aliarum Civitatum.

Nos

Nos itaque eorum licitis postulationibus inclinati damus ipsis et eorum Contubernio Privilegium sub horum tenore verborum, ut sequit.

In primis quicunque de novo Contubernium assequi voluerit debet reponere Literas sui status ortus et conservationis, ita quod artificio sit idoneus, et tandem debet reponere grossos viginti quatuor pecunie, duo talenta cere et actuale unum Cervisie. Et cum Contubernium assecutus fuerit obediens esse debet, et si obedientiam servare noluerit, extunc corripi debet justa Privilegij tenorem. Item habere debent in duabus septimanis hebdomadis Die Dominico, diem conventionis, quo die reponere debent singuli per solidum ad cistam. Et quicung ad eund diem non veniret, aut signum negligeret, aut pecunia convetam non poneret, medium talenti cere succumbet; quicunque Frater sine venia loqui vedere surgere presumpserit medium talenti cere succumbet. Quicung arcanum Contubernij manifestaverit, octuaginta Cervisie et lapidem cere succumbet. Quicung Frater suum superet pannum laborare, acceptum ab alio Magistro succumbet talentum unum cere, et precium Magistro a quo erat acceptum pannum a labore restituere. Item si aliqs Fratrum aluim fratrem verbis inhonestis affecisset et id perducere non posset lapidem

Si se laudans alliaret sibi laborem alios vituperando, is unum Cervi
bet medium contubernij. Quicung Frater=

cera succumbet contubernio, et fratri expen-
sas reponere. Item nullus frater ab alio audeat
familiam revocare alias odwabiacz sub pœna
duorum talentorum cere. Quicunque frater
laborem diebus Dominicis et festivis expen-
deret, succumbet Talentum cere. Quicunque
frater laborem diebus Dominicis. Item si ali
quis Magistrorum Discipulum susceperit, ex-
tunc eum ad probam duas septimanas tene-
re debet, et post decursum duarum septima-
narum, si voluerit eum servare, tunc contu-
bernio grossos quindecem et talentu cere de-
bet dare. Item quando bibunt cerevisiam fra-
ternalem, nemo sine venia abire debet sub pœ-
na talenti cere. Quicunque Frater circa Bi-
bicionem cervisie fraternalis litem incepe-
rit aut risas proterve, vas illud e converso
adimplere debet. Czechmagister recedens lo-
cum suum fratri non committen succumbet
duo talenta cere. Junior Magister Cervisia
fraternalem propinans non debet recedere,
quousq aliium Fratrem juniore ad propinan
statuet, sub pœna talenti cere. Frater propi-
nans cervisiam Fraternalem non debet a-
lias dare cervisiam sine consensu Fratru
seniorum, sub pœna adimpletionis illius va
sis. Item duo Fratres Juniores circa officia Di-
vina peragenda diebus festivis candellas
in Ecclesia tempestive non accenderint, aut

extin-

estinserint, quilibet eorum medium talenti cera
succumbet. Item etiam si aliquis Fratrum aut
Familia ipsius ex hac vita excesserit, quilibet
Fratrum signum sequi debet, mortuum adve-
pelien conducen, et qui id neglexerit, medii
talenti cera succumbet. Etiam qu exequiæ
Funebrales peraguntur pro mortuis, aut
missæ singulis quartalibus anni pro Fratri-
bus mortuis, quicunque Frater presens non
esset, et ad offerrorium non iret, medium ta-
lenti cera succumbet. Item quicunque fra-
trum non fuerit circa processionem per o-
ctavam corporis Christi, toties quoties id ne-
glexerit, succumbet medium talenti cera. Ite
si aliquid major pars laudaverit quod Con-
tubernio esset utile et bonum id minor pars
admittere debet. Si quis fratrum esset rebellis
inter fratres, ad ea non consentiens, quod ce-
teri fratres in contubernio laudaverit et su-
sceperint, ille revocans sese ad Dominos Ca-
pitaneum aut consules, et nullum subsidium
in via pretervitate obtinen, succumbet me-
dium actuale Cervisiæ. Item quando Ma-
gister circummittit signum quocunque die,
quicung' Frater signum neglexerit grossum
unum succumbit. Quod si aliquem fratrem
signum non præstaret, usq; ejusdem debet
signum vitunori reportare et ei hic imagi-

stro Absentiam viri emendare. Item si aliqui vagabundum alias Siuraza prævenien, invi=
cinitate ac spacio unius Miliaris a Civitate ipsa Leszcisczen, cum Subsidio Domini Capita nei vel Dominorum Consulum acceperint, ta=
lis pene solvere debet Großarum viginti qua=
tuor pecz, duo talenta cere et octuale cervi=
sia. Qui quidem si vellet esse confrater debet denuo solvere contubernio, quod spectat ad contubernium. Item Magister suscipiens co=
tubernium + sine uxore existens, per decur=
sum Anni penam luet octuale cervisio als Bykowego. Actum in Pretorio Dominica tertia Adventus. Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo nono. Quas quidem conditiones ac articulos suprascriptos ab officio Civili Leszcisczen. Artificibus Con=
tubernij ipsius præscriptis, in omnibus illos punctis conditionibus et articulis approban ratificam et confirmandos duximus, uti quide approbamus ratificamus et confirmamus præsentibus, decernen eos robur debitæ fir=
mitatis obtinere debere. Volumus nihilomi=
nus ac præsentibus statuimus, ut Artifices dicti Contubernij singulis annis unam bom=
bardam majorem Falconiczam dictam, ac quatuor talenta pulveris bombardarij, suo vive ipsorum Contubernij sumptu comparet, ac in usum Civilem adservent. In cujus rei Fidem &c Datum in Oppido Krasnystaw

+ Contubernio = + existens =

28

28 Julij Anno Dñi 1558 Regni nostri XLIX
Presentibus ut supra

Relatio ut supra

Conservatio ad vitam Generosorum Alberti Stanislai et Joannis Starzechowskich in Villis inferius descriptis.

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quod nos gratiam nostram in Dum Joannem Starzechowski Castellanu Przemyslien et Capitaneum nostrum Drohobicen pro ejus in nos meritis testatam facere volentes, filios ejusdem Generosos Albertum Stanislaum et Joannem Starzechowski, in libero usufructu et quieta possessione Villarum nostrarum Medinicze, Bolecz Storuczka, Litinia Strussowa, Liethnia et Liesnia, quas in certa pecuniarum summa prefato Dño Joanni Starzechowski Castellano Przemyslien Patri eorundem Alberti Stanislai et Joannis Starzechowskich obligavimus, et a Capitaneatu Drohobicen sejunximus, ad vitæ usque eorundem extrema tempora conservaremus, uti quidem tam omnes insimul quam unumquemque eorum seorsim literis hisce nostris conservamus et relinquimus, ac sine omni impedimento durare permanereq volumus. Promitten verbo nro Regio pro Nobis et Srmis Successoribus nris,

quod

quod jam esnunc nulli hominum cujuscuq'
illi status seu præeminentiæ et conditionis
fuerint prænominatas Villas Madinicze Be=
lecz Storuczka Litinia Struszewa, Lethnia et
Liesznia, a prefatis Generosis Alberto Stanislao
et Ioanne Starzechowskich quoadusque vivet,
redimendi potestatem faciemus, nec nostri
Successores faciunt, verum illos omnes insimul,
et unumquemq eorum seorsim in possessione
pacifica, et usufructu libero villarum supra
nominatarum, quoad viserint conservabimus
et Successores nostri conservabunt. Nobis
tamen ipsis, si id res et „ aidua necessitas postulaverit
redimendi eosdem potestate relinquimus,
idq nra propria et non aliena pecunia, in
quo nullo colore aut pretestu redimendi illa=
rum quisque etiam Capitaneus praeter Nos
ipsos habiturus est potestatem. Quod si ve=
ro aliquando sub pretestu ipsius nra pecu=
niæ alicui persona ad importunam cujus=
cunque instantiam in contrarium es Ca=
stellania nostra consensus nostri aliquas
literas ad eximendam villas supra expressas
daremus vel Successores nostri dederint,
illas nullius roboris et momenti fore vo=
lumus et decernimus. Post mortem autem
Generosorum Alberti Stanislai Ioannis
Starzechowskich cum Successoribus illoru,
summa per nos vel successores nostros nu=
merata et soluta fuerit, illarum possessio
ad Nos

ad Nos et Successores nostros plene jure rursus redibit et devolvetur. Juribus tamen nris semper salvis ibidem manentibus In cujus rei &c Datum in Krasnystaw 2d. Julij Anno Domini 1548. Relatio ut supra

Exemptio Domus ab omnibus contributionibus et exactionibus Pensi Dobrogostij Potworowskii Subjudicis Calissien in foro Civitatis Calissien villa

In nomine Domini Amen. Sempiterna esse ejus rei, quae sequitur memoria. Solent Leges et Principes quorum memoriam voluere esse perpetuam ea literis mandare. Proinde Nos Sigismundus Augustus &c Significamq; ac Advertos Nos Illustris et Magnifici Nicolai Radzivil in Olika et Nieswiez Ducis Palatini Vilnen Magni Ducatus nri Lituaniae Supremi et Cancellarij, ac Berestien Kowien Schawlen Borrysovien Capitanei precibus pro Generoso Dobrogostio Pothwowskii Subjudicis Calissien diligenter apud Nos interpositis ut Domum ejus muratam, lapideam in Foro Civitis Calissien inter Domos Famatorum Bartholomei Rothkarz ex una, et Augustini Sarroris parte ex alia situatam liberam et immunem esse vellemus, uti quidem eam illi immunitatem et prerogativam damus, ut domus ejus modo

memorata

memorata a quibusvis nostris Regnijs et Civi-
libus Contributionibus exactionibus censibus o-
neribus solitis et insolitis, institutis et instituendis, quocunque nomine et vocabulo nuncu-
pentur, tam al omni Civili aliorumque Judi-
cum Jurisdictione, ne preter Nos aut Capita-
neum nostrum Callisien a quocunque
judicari possit. Denique ab excipiendis ho-
spicio, Prefectorum nostrorum jussu homi-
nibus quibuscunque sive peregrinis et ex-
ternis sive aulicis nostris et alijs quibusvis
nostratibus sive publicis sive privatis perso-
nis, cujuscunque loci ordinis status et condi-
tionis existentibus harum Literarum nostrar
vi perpetuo libera immunis exemptaque sit
ejeque censeatur. Insuper damus et concedimus
illi eam potestatem, ut Inquilino conductori
seu inhabitatori ejus domus liceat vina cere-
visias omnis generis, vit Pedanen Wratisla-
vien Swidnicen et alias ac liquores quoscunq
undecunque advecticios necnon salsamenta
quacunque ut puta alecs, pisces sale conditos
propinare et divendere, aliaq omnia hone-
sta commoda in predicta Domo exercere, que-
rere et parare libere et sine ullius exactionis
solutione. Hoc itaque omnibus quorum inter-
est tam ijs qui nunc sunt quam qui dein-
ceps erunt hominibus nominatim vero no-
strarum et civilium contributionum exacto-
ribus Civitis Callisien Magistratibus et Pra-
fectis

fectis aliisque universis et singulis Judicibus
vel judicandi potestatem habentibus aut ha-
bituris. Itemque Regni et Aule nre Regie Mar-
schalcis denunciamus, notum esse volumus atq
serio mandamus, ut quas immunitates, prerogati-
vas per hasce literas nostras dedisse intelli-
gant, eis prefatam Suam Dobrogostium Poth-
worowski Subjudicem Calissien libere sine
quovis impedimento et difficultate uti et frui
patiantur, contraque alios si opus fuerit, ne
quid contra harum literarum nostrarum pre-
scriptum committatur, sui quisque muneris
et officij authoritate defendat et tueatur. In
cujus rei fidem et Datum Crasnostavij Die
29 Julij Anno Domini 1558 Regni nostri
XIIX Presentibus ut supra

Relatio Facta in Cto
Patris Domini Joannis
de Przerambi nominati
Eppi Chelmensis et C.
P. Vicecancellarij

Assignatio Centenariorum
Salis per Suam Nicolaum Strzyko-
wski Vicezupparium Bochnensin-
gulis Hebdomadis ad extrema via
sue tempora percipien
Sigismundus Augustus &c
Significamus presentibus Literis ~~nostris~~
quod

quorum interest universis. Quod Nos fidelium et
diuturnorum seruitiorum Dni Nicolai Krzykowski
Vicezuppary nostri Bochnen, quae Nobis in Lup=
pis nostris Bochnen ab annis compluribus ex=
hibet benignam habentes rationem tum et in=
tercessionibus quorundam Consiliarior nostro=
rum pro eo ad Nos diligenter factis adducti,
Ipsi Stipendij annui nomine centena=
rios Salis in singulas hebdomadas, a data pre=
sentium prima hebdomada incepta a compu=
tatione et in eam solutione dandos et conui=
tuendos duximus, damusque et constituimus
praesentibus Literis ad vitae ejus estrema tempo=
ra. Per ipsum Nicolaum Krzykowski
centenarios salis praedictos singulis septimanis
a data praesentium incipiendo annis sesequen=
tibus ad estrema vitae suae tempora tollendos
levandos et percipiendos et ad usus suos bene
placitos convertend. Promittimus autem verbo
nostro Regio pro Nobis et Sermis Successorib,
nostris concessionem hanc nostram ipsi Pnso
Nicolao Krzykowski Nos et Successores nros
ratam et gratam habituros et observaturos, neq
eam unquam nulla in parte violaturos aut im=
mutaturos, veram justa eam ipsum Pnum Ni=
colaum Krzykowski quamdiu vixerit conser=
vaturos. Quod Pso Hieronymo Buzenski Lup=
pario nro Cracovien ex alijs pro tempore esi=

stentib,

stentibus Iupparijs et eorum Vicezupparijs denunciamus et mandamus, ut ipsi Pro Nicolao Krzyzkowski centenarios salis singulis septimanis a data presentium incipiendo annis sequentibus quamdiu vixerit dent et tradant. Nos vero ab eis in rationum subductione susceptur sumus. In cujus rei testimonium manu nostra presentibus subscripsimus et Sigillum nostrum appendi mandavimy. Datum in Krasnystaw Die XIIII Julij Anno Domini MDLVIII Regni nri XIII.

Sigismundus Augustus Rex bpt

Donatio Stationis Annua Pro Baltazaro Strzala Sacre Regie Mttis Camerario apud Abbatem Strzelnen ad vita sue estrema tempora est data. Litere sub Forma Cancellarie extradita manu Regia subscripta. Crasnostavij Die et Anno quibus supra.

Confirmatio Articulorum inscriptorum pro parte Sutorum Oppidi Moszczyska

In nomine Domini Amen. Ad perpetua rei memoriam. Nos Sigismundy Augustus Dei Gratia Rex Polonie ac Significamus ac Exhibitas

hibitos esse Nobis nomine Sutorum Oppidi
Moscziska certos Articulos Fraternitatis et
contubernij ipsorum per Magnificum Spi=
tek Jordan de Zakliczyn Palatinum Sen=
domirien Przemislien Camionacen.q Ca=
pitaneum illis concessos. Supplicatumque
esse, ut eos authoritate nostra Regia approba=
re ratificare et confirmare dignaremur. Quo
rum tenor sequitur talis. In nomine Domi
amen. Ad perpetuam rei memoriam et Nos
Spitek Jordan de Zakliczyn et in Melstin ha=
res Palatinus Sendomirien et Premislien
Camionacen.q Capitaneus. Manifestum faci=
mus tenore presentium universis et singulis,
quorum interest harum notitiam habituris
Quia supplicatum est Nobis nomine Sutorum
Oppidi Moszczyska ut eis Privilegium super
contubernium eorum justa articulos quos in=
ter se diu tenere et observare consueverunt,
Nobis vti exhibitos dare et concedere dignare=
mur. Nos itaque cupientes Oppidum non solu
Indies auctius reddere, verum etiam provisu=
ri ad maxime, q. Incole debitum inter se or=
dinem teneant et observent instituen.q dan,
et concedendum duximus supramemoratis Suto=
ribus tam Magistris quam Locijs doctis et
non doctis presentibus et pro tempore existen=
tibus Contubernium vulgo Czech appellatu

per

per eosdem Sutores juxta hinc articulos
inferius descriptos perpetuo tenendos observand.
Itaque Magistri prædicti artificij alios quos-
cunque idoneos ad eorum artificium assume-
re et assumptos instruere, ac edocere, vocesq fa-
cere ac creare, cognomina eis imponere, ju-
xta morem Artificij ejusdem Civitatis Leopo-
lien, ac deinde ad Magisterium promovere
valeant et possint. Utque vocij præterea cor
alibi pro idoneis admissi artem exercere pos-
sint, non secus ac si Leopoli Judicissent. Quo-
rum quidem articulorum series et ordo talis
est. Inprimis quicunque socius eorum artis
Sutoriæ Magister effici voluerit, specimen ar-
tis suæ aliàs Sztuke eo modo quo Cracovie
illud facere solent, et ad fraternitatem unu
Achtuale cerevisiæ seu grossos et duo talenta
cera spendere et reponere tenebitur, aliàs non
poterit exercere artificium. Si quis autem a-
pud illos in Moczyska artificium didicerit et
baneos seu macella sibi comparare voluerit,
talis tenebitur mediam fraternitatem ad con-
tubernium videlicet, videlicet unum talentu
cera, medium achtuale cerevisiæ et tres gros-
sos pecunia ad arculam eorum reponere aut
mediam fraternitatem parata pecunia vide-
licet gros: novem emissa cerevisia et cera.
Designatio autem macellorum in Contuber-

nio

nio et non alias fieri debet. Qui vero apud
eos artem Sutoriam non Dudicerint sed alibi,
et macella emerint, tales integram solvent
fraternitatem, videlicet achtuale arevisiæ,
duo talenta cere et sex grossos. Vel secundum
consuetudinem eorum antiquam Decem o=
cto grossos ad aculam eorum reposituri sunt.
Item nullus Magister aut socius audeat, a=
liquē citare ex fraternitate pro quacunque
re concernente fraternitatem, in qua Ma=
gistri cuilibet conquerenti justitiam in effe=
ctu sub pena Advocatiali quinq grossos fa=
cere erunt adstricti. Item si quis ex eorum
contubernio frater uxor vel amicus quispia
morte obierit, tunc omnes fratres Contuber=
nales in Domum ubi funus erit conventuri=
sunt, et funus illud usque ad Ecclesiam sequi
ac sepultura tradere atq interesse debebunt,
ut honorifice sepeliatur. Qui vero eam ne=
glexerit medium gros Fraternitati luet, et
rursus cum amico demortui Domum reditu=
ri sunt. Qui vero venire nollet penam medij
gros solvet. Item quando missa pro Defun=
cto cantatur sive legitur, omnes fratres et sore=
res eidem interesse usque ad finem tenebuntur,
et quilibet eorum bis ad offertorium iturus est.
Quod si quis sacrio hujusmodi non interest,

medium

medium grossum solvet et insuper duos denarios, quos offerre debuit solvet. Item quandocunque vigilie fraternitatis canuntur, tunc illis duo seniores et duo juniores Fratres Magistri interesse debebunt, e quibus juniores Feretrum adornare cooperire, lumam accendere et extingvere tenebuntur. Si quis vero negligens fuerit, tunc seniores Magistri panam per unum grossu luet, juniores vero per medium grossum daturi sunt. Item quicunque ~~novus~~ Novus Magister efficitur, ille quelibet festo solenni, incipiendo a matutino, usque ad vesperas ceream incensurus et extincturus est. Quod si negligens compertus fuerit, a singulis cereis per medium grossu solvet. Item ne alter alterum in fortiacione impediat. Quodsi id fecerit et duobus testibus comprobatus, quod unus est Civis et alter Suburbanus talis fuet talentum cere Contubernio. Item in macellacorum emptores venien alter alteri abducere alias quo abiacz non debet sub pena unius talenti cere. Si quis autem in vivo pecore vel pecude eutem mercaturus sit et duobus testibus comprobetur unum achtuale cervisia et talentum cere contubernio luet. Preterea si quis ad contubernium eorum cum cultro vel cultello sine venia Magistri Contubernij venire auderet, talis tam a Cultro quam a Cultello me-

dium

Diurn grosz solvet. Item in competatione
Fraterna quicunque Frater cum aliquo con=
tenderit aut risas incaperit, talis actuale
cervisiæ Daturus est. Quicunque Frater al=
ter alteri famulum abduxerit, alias Odwa=
bilby et comprobaretur, propena talentu ce=
ra solvet. Item quando aliquis frater cum
alio fratre vel sororem cum sorore, in macello
invicem litigaverint, tunc ille aut illa que
occasionem litigandi prabuerit, unum
talentum cera solvet. Quando etiam magi=
ster. Contuberny signum es contubernio ad=
fratres suos mittet statim eo requisiti ad
contubernium veniant. Quod si quis sic requi=
situs venire neglexerit, ille medium grosz luet,
quoties cung' non venerit, usque ad quartâ
requisitione. Quod si quarto requisitus ve=
nire non curaverit succumbet integram fra=
ternitatem, vdt unum achtuale cervisiæ duo
talenta cera et grossos ves. Quando aliquis
es fratribus ad contubernium signo citatus
fuerit, mos venire ad contubernium debet,
quoties non venerit, totiès medium grossum
ad cistam reponet, usque ad quartam vicem, et
si quarto non venerit succumbet integram fra=
ternitatem superius expressam. Quando signu
mittitur de Contubernio ad aliqua fratre et
repertus non fuerit in Doma, tunc uxor sua

vel

vel Famulus veniens ad Magistrum Contu-
bernij absentiam suam excuset, quod si non
fecerit medium grossum solvet. Item quotiescũq
Contubernium juxta consvetudinem recepta
in quatuor septimanis banietur, tunc quilibet
magister es Contubernio qui bannitioni ipsius
consvetudini Contubernij interesse non poterit,
tertia die ante bannitionem ipsius Contuber-
nij ad Magistrum Contubernij venire debet,
et ei denunciare, q urgente necessitate banni
tioni interesse non poterit, et aliter faciens li-
bram cere succumbet. Quum Magister Contu-
bernij alicui es Fratribus feretrum portare ma-
daverit ad sepeliendum, quod si inobediens fu-
erit medium grossum succumbet. Item qua-
do Magistri cervisiam ad Contubernium emit,
tunc duo juniores Magistri cerevisiam ipsa
suis Senioribus propinare debent quam negli-
genter profundere vel estradere, nec vas decli-
nare sine licentia prefecti Contubernalis de-
bent. Quod si contra fecerint tunc illud vas fra-
ternitati replere tenebuntur. Quod si contra
fecerint Prefectus vero Magister Contuberny
si discesserit a loco alio non substituto suc-
cumbet medium achtuale cervisiæ. Etiam
Magister et Hospitis recedere non debet nisi
prius agat gratias fratribus. sit id non feca-
rit quartale cervisiæ luet. Item quicunque Fra-
ter alterum Fratrem verbis turpibus et inhone-

vris

suis in comporatione fraterna lacessaverit
vel percusserit seu Uxorem, talis pro pœna
medium achtuale lücr cervisiæ. Item Magister
ad informandum aliquem Discipulum si su=
sceperit, prius ad notitiam fraternitati dedu=
cet, et Magistri illi diem assignaturi sunt
probationis ad duas septimanas, quod si supra
id tempus cum tenuerit, talis mediam frater=
nitatem, superuis expressam luet Contuberniu.
Quicung' ad ipsorum contubernium de aliove=
nerit, cum illis fraternitatem susceturus et
artem sutoriam exercere volens talis ex illo
Contubernio Literas conservationis et instru=
ctionis in arte ad ipsorum Contubernium
portare tenebitur. Insuper volumus, q si
quis frater coram Contubernio quamcunq;
causam aut rem negaverit, et postea eande
rem coram Advocato confessus fuerit, Ad=
vocato pœnam advocatialem, Fraternitati
vero libram cere solvet. Item quicung Frater
ad contubernium venerit nudis pedibus, talis
a quolibet pede per medium groschum solvere
tenebitur. Item quicunque Frater cerevisiæ
Fraternam bibens sive non bibens, tenebitur
tamen Symbolum alias Zeche solvere. Quan=
docung Magister senior ex his superuis de=
scriptis articulis aliquid deliquerit dupla puni=
etur pœna. Item nullus Frater signum ad se

missum

missum detineat, sed continuo ad alium re-
mittat, quod si detinuerit et comprobatus fu-
erit medium grossum solvet. Licebit eisdem
Magistris sutoriâ artis vigore hujus Privilegij
nostri Sutores imperitos qui vulgo Sulaeze
vocantur et illorum artificium impedien ex
Civitate et ejus Suburbijs depellere. Item non
sint plures Magistri quam duodecem, secun-
dum numerum Macellorum justa consuetu-
dinem antiquam, et quilibet Magister ex ijs
duodecim singulis annis tenebuntur dare et
solvere quilibet a suis macellis pro Festo Di-
vi Martini census per viginti gross. Item nul-
lus Civium audeat eximere cutes cortices, a-
lias Damb et cineres et alio mittere sub pena
Domini. Quos quidem Articulos superius ex-
pressos in suo tenore et sententijs confirma-
mus et approbamus decernentes illas omnia
vim et robur perpetuum habiturum tenore
presentium accedente. Qui quidem sutores
justa antiquam consuetudinem in Contu-
bernio suo arma et alia defendicula necessi-
tate urgente defendendo Civitatis compara-
re tenebuntur in Contubernio suo. In cujus
rei testimonium evidentius sigillum nostrum
praesentibus est subimpressum. Datum in
Mosczisha Die Dominico in crastino Divi
Jacobi Anno Dni MDLVI. Nos itaque Si-
gismund

gismundus Augustus prefatus Rés supplicationi ejusmodi pro prædictis Futoribus Civitatis Predzisko de Nes facti, uti justa benigne annuentes prædictos artis ipsorum articulos in omnibus eorum punctis clausulis articulis et conditionibus approbandos ratificandos et confirmandos duximus, uti quidè approbamus ratificamus et confirmamus literis hisce nostris decernentes eos robur et omnia in eis contenta robur debitum et perpetuum obtinere debere. In cujus rei fidem &c
Datum Crasnostavij Die IIII Julij. Anno Dni MDLVIII Regni vero nostri IIII

Relatio Dni in Chto
Patris Dni Joannis
de Przerambs Seminari Episcopi Chelmensis et Dni Polonis Vicecancellarij

Capitaneatus Czirnensis Generosi Felicis Paris.

Sigismundus Augustus &c
Significamus præsentibus Literis quorum interest universis. Quod Nos inhærentes premisso nostro quod Eso Felici Paris Subjudici Czirnen feceramus Datores Nos scilicet illi esse Capitaneatum nostrum Czernen postea qm bona Palatinatus Masovie per cessum sive Decessum Sme Domine Parentis nostre, vel

alia

alia quapiam ratione ad Nos dispositionemque
nostram devenissent. Cum jam Deo ita volente Se-
renissima Domina Parente nostra ex hac luce
sublata bona Palatinatus Masovie libera ad
Nos redierint, Ipsi Pso Felici Paris cum ipsum
Czernen Capitaneum cum plena et totali juris
dictione Arce et Oppido Czerske, ac villis cum
earum Predijs Czaniewo, Liśnieczy, Thazary,
~~Drtsnieczoiw~~ Drzeczwinow Kossomcze Radwan-
kow Wissoczin et Nuczierza cum omnibus ad
eas pertinen proventibus q et redditibus illaru
universis nec non cum exactione nra Regali po-
dlna vlgo dicta ex terra Czirnen et ejus Di-
strictibus Nobis provenient dandum et confe-
rendum duximus, damusque et conferimus presen-
tibus Literis nostris ad vite ejus extrema tem-
pora justa ad vitalitatem priorem per Nos illi
concessam. Quem Capitaneatum Czernen cum
Oppido et villis supra expressis ipse Pssus Felix
Paris tenebit habebit et possidebit ad vite sue ex-
trema tempora. De eo ipso autem Capitaneatu,
ac ejus redditibus Nobis singulis annis trecen-
tos et quinquaginta Florenos pro quolibet fe-
sto Nativitatis Domini solvere et Fisco nro
Masovie inferre tenebitur. Quoniam vero in
contentationem Pso Jacobo Liśniowolski qui eu
ipsum Capitaneatum Srma Domina Parenta
nra obtinebat Oppida Warka et Prodźiez cu
villis Piaseczno Stara Warka et Procżka Wolia

ae

ac Chilicze Castrembia Wolia ad vitam seu
meliorem provisionem concessimus. Nihil Ejus-
ri Praefati Generosi Felici Paris obstare debere
declaramus. Ita quod cum Eius Jacobus Liśnio
wolski, a Nobis alio Capitaneatu provisus fu-
erit sive etiam ex hac luce decesserit, tunc Eius
Felis Paris Oppidorum ac villarum praefatarum
Juris sui tam prioris quam praesentis vigore, nul-
lis a nobis aliis expectatis Literis ad eundi plena
et omnimodam habebit potestatem. De eorum
autem redditibus Nobis eandem quam Gene-
sus Jacobus Liśniowolski arendam solvet. Qua
omnia completuros et conservaturos nos illi ver-
bo nostro pollicemur, ac nos Literis hisce nostris
obligamus. Quibus in Fidem et testimonium ma-
nu nostra subscripsimus et sigillum nostrum
appendi jussimus. Datum in Krasnystaw Die
et anno quibus supra

Relatio ut supra

Inscriptio seu Obligatio Oppidi Nowe-
miasto in summa 10000 Florenor
per Eum Laurentium Nowomiey-
ezki Ste Andreae Miszkowski facta

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesentibus Literis quorum inter-
est universis. Quod comparens personaliter

coram

coram Nobis Ejus Laurentius Nowomiejscz-
ki in Nowemiasto hæres recuden a terris et
Districtibus suis quibus vis et huic Jurisdictio-
ni nostræ præsenti, una cum bonis suis in totum
incorporando publice et per expressum recogno-
vit, quia tenetur et est debitus decem millia
Florenorum pecuniæ communis numeri et mo-
netæ Polonicalis certi et liquidi debiti Generoso
Andreæ Mistkowski in Bichawa hæredi et ipsig
legitimis Successoribus. In qua quidem summa
decem millium florenorum pecuniæ, ipse Lau-
rentius Nowotmiejscki prædicto Andreæ Mi-
skowski obligat inscribit et invadiat bona sua
hæreditaria, videlicet Oppidum Nowemiastho
ac alia ad id pertinentia in terra et Districtu
Premislien consistentia. Etiam sibi es nune
in præfata bona, dat et dedit de facto realem in-
tromissionem et actualem Possessionem per Mi-
nisterialem Terrestrem quemcunque sibi ipse
Ejus Andreas Miszkowski elegerit ad intromit-
tendum. Et hoc sub vadio simili decem millium
florenorum pecuniæ communis. Quæ bona præfa-
ta taliter obligata ipse Andreæ Miszkowski
cum suis posteris tenebit, habebit, eisdemque u-
tifruetur cum omni jure dominio et proprietate
utilitatibus proventibus nullis penitus exceptis,
ita q generalitas specialitati et specialitas ge-
neralitati in nullo derogret. Et hoc a data præ
sentis inscriptionis, usque ad integrum annum.

Et

Et sic de anno ad annum usque ad exemptio=
onem et prædata summa integram persoluti=
onem. Datáq sibi ejusmodi intromissione et a=
ctuali possessione, ipse Laurentius Nowomiii=
szczki se cum suis posteris, super omnibus bo=
nis suis habitis et habendis una cum Succesſo=
ribus suis inscribit. Et obligat prætatum An=
dream Miszkowski et ejus legitimos Succesſo=
res in Dictis bonis tueri defendere evincere et
eliberare, ac ubilibet indemnem reddere ab
omnibus damnis impedimentis injurijs ju=
rdicis et extrajuridicis quarumlibet Persona=
rum, sexus cujusvis existentium nec non juri=
bus prioribus et posterioribus factis vel fiend=
dis productis vel producendis, nulla præscri=
ptione evadendo. Et hoc sub simili vadio decem
millium florenorum pecunia, eidem prætato
Andreæ Miszkowski ad solvendum succum=
bendo. Pro quo quidem vadio diel vadijs tam
in parte quam in toto succubit, si se ipse Lauren=
tius Nowomiejszki et ipsius Posteri citare per=
miserint, ad quodcunque jus sive terrestre sive Ca=
strense Premisliens seu etiam ad officium Capita=
neale Castri hujus, quacunque die feriata. Extunc
in illo judicio seu officio ad quod citatus fuerit in
primo termino tanquam peremptorio tenebitur
stare parere respondere ac pro citatis satisfacere
totiens quotiens tenebitur et opus fuerit, ipsum primu
terminum nulla re exquisita, nec colore excogitato
dilationib

dilationibus, vera vel simplici infirmitatibus, pro majori, bello, colloquio, Literis nostris, motionibus, appellationibus, et generaliter nullis modis esquisitis et esquirend, ipsum præfatum Andream non evadendo sub amissione suæ totius causæ. Quam quidem recognitionem Nos ratam et gratam habentes eam in omnibus punctis articulis et conditionibus approbamus confirmamus et ratificamus præsentibus literis nostris, decernend eam vim et robur debitum obtineri debere. In cujus rei Fidem &c Datum Crasnostavij Die penultima Julij Anno Domini MDLVIII Regni nri XXIX.

Relatio ut supra

Confirmatio venditionis Hortorum infradescriptorum, per Ejum Andream Jakubowski Oppidanis Lezeyscen facte

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Supplicatum Nobis esse per certos Consiliarios nostros pro Oppidanis Lezeyscen ut venditionem hortorum ipsis per Ejum Andrea Jacubowski protunc Præfectum Lezayscensem jussu et mandato Serme olim Dne Bone Parentis nostre pro justa pecunia ad thesaurum Nris olim suæ inferenda factam assensu et auctoritte nostra approbare, ratamque et firmam esse velle-

mus

mus. Qui quidem horti modo infrascripto vide-
licet ab horto Przegerzek, dicti Zupparij, primus
hortus, Stanislao Doliatori pro Florenis duobus.
Secundus pro hospitali sloi quatuor grossis vi-
ginti quatuor, quia major cateris. Tertius pro
praterio quartus pro Synagoga Rutenica, quinto
Jacobo Faszek, Sextus Alberto Macziolska. Septi-
mus Andreæ Luczek, quilibet eorum pro florenis
quatuor, Octavus Martino Leszmień, Nonus
Adamo Sroka quilibet eorum florenis duobus
grossis quindecim, et hoc propter Alveum alias
Wodomcza. Decimus Andreæ Potrzeb florenis
tribus grossis, etiam propter alveum alias Wo-
domcza quia fructibus vegetum obest. Item ex al-
tera ejusdem Strata parte versus Siedlarowa ab
Horto Domini Præpositi Liczaysce tenden, Primo
Alberto Czayka Florenis duobus, Zdeus Joanni Bo-
rowski Florenis tribus grossis sex, tertius pro Cu-
ria Magnus relictus. Quartus Simoni Fabro quin-
tus Stanislao Kuthuski, Sextus Joanni Stoczek
quilibet eorum per florenos tres grossos sex. Septi-
mus Stanislao Laszka florenis duobus grossis
quindecim, scilicet Alveum alias Wodomcza, O-
ctavus Joanni Pocial, Nonus Felici Liśny, qui-
liber eorum florenis tribus grossis sex, Decimus Jo-
anni Pellitici florenis duobus grossis quindecim
propter sterilitatem. Item ex altera parte ejusdem
horti Domini Præpositi versus occidentem. Primus
Mathiæ Notarij, Secundus Jacobo Lus quilibet

eorum

eorum florenis tribus grossis vel, tertius Joanni Gomolka, pro Domo qua vicina erat, Strabulo Curiæ, quæq; metu incendij Curiæ adjuncta est, datus, Quartus Martino Pedziez quintus Stiagowci, quilibet eorum per florenos tres grossos vel. Sextus Stanislao Sutori florenis tribus, propter minus alveum alias Wodomcza. Septimus Blasio Testori propter majus alveum florenis duobus grossis Duodecim. Octavus Alberto Pientko. Nonus Mathis Pedek, quilibet eorum florenis tribus grossis vel. Decimus medius hortus Dawilo floreno uno grossis quindecim, diverso et in uno eodem pretio justa quantitatem et fertilitatem eorum venditi sunt. Nos supplicationibus prefatis annuentes, eam ipsam venditionem uti facta est, approbamus confirmamus et ratificamus, decernentes eam robur debitum et perpetuum habituram. Juribus nihilominus nostris salvis ibidem permanentibus In cujus rei fidem ac Datum Cracovia Die et Anno quibus supra

Relatio

Quietatio Magnifico Stanislao Comiti in Jenczyn Palatino Cracovien de Summa Novem Millium Florenorum per Ejum Laurentium Nowowieyskiki facta.

Sigismundo

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis quorum interest universis. Quod Dnus Laurentius Nowomiejski, stans coram Nobis, recedendo a terris et districtibus suis quibusvis, et huic jurisdictioni presenti nostræ se cum bonis suis incorporando, publice et per expressum fassus est et recognovit. Quia sibi satisfactum est a Magnifico Stanislao Comite in Jenczyn Palatino Cracovien ac Lublinen Belzen Urzędovien q Capitaneo pro summa novem Millium florenorum pecuniæ communis Polonicalis. De qua quidem summa novem millium florenorum pecuniæ prefatus Laurentius Nowomiejski prædictum Magnificum Palatinum Cracovien perpetuæ quietat et liberum facit, sibique et suis posteris in præmissis perpetuum silentium imponit. Inscriptiones que omnes desuper habitas et in quibuscunque Actis contentas cessat mortificat ac in nihilum redigit. Quam quidem recognitionem seu quietationem Nos ratam et gratam habendo eam in omnibus ejus punctis approbamus et confirmamus presentibus Literis nostris. Decernentes eam vim et robur debitum et perpetuum obtineri debere. In cujus rei testimonium &c Crasnostavij Die et Anno quibus supra.

Relatio

Consensus Eso Erasmo Oporowski Capitaneo

taneo Krussvicensi ad reformatio=
nem Uxoris sue in Bonis prælati Ca=
pitaneatus faciendam, datus.

Sigismundus Augustus &c

Significamus presentibus Literis &c Reductos
Nos esse Generosi Erasmi Oporowski Crussvi=
cien Capitanei precibus ut in eodem Capitanea=
tu summisque in illo inscriptis, tum et villis no=
stris Nierzwicza Mokroczynie, Przedzimiechi, Ka
mionobrod et Czunow in Districtu Leopolien con=
sisten, Ita anno de Wrzesnia Uxori sua Legiti=
ma donationem propter Nuptias sive contradotem
et reformationem per ipsum more aliarum in Re=
gno nostro Reformationum fieri permitteremus
uti quidem permittimus consentimus et licitum
hoc illi per Nos esse volumus reformatione prio
ri Uxori facta minime obstante. Ea tamen Le=
ge et conditione, ne summe contradotis reforma=
tionumve nomine, majores quam ad Pum Era=
smum Oporowski Capitaneum supramemora=
tum pro rata ejus parte pertinent in Capitane=
atu nostro ac villis suprascriptis inscribantur
et assignentur, et ne summas Originales esca=
dant. Juribus nostris ibidem semper salvis manen=
tibus In cujus rei fidem &c Datum Crasnostavij
Die ultima Julij Anno Domini MDLVIII. Regni
nostri XXIIIo.

Relatio

Donatio

Donatio perpetua Villæ Bolechowize Generoso Ioanni Starzechowski Castellano Przemysliens &c

In Nomine Domini amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum in rebus humanis nihil sit tam firmum et stabile, quod temporis diuturnitate non intereat, si Litterarum beneficio ab oblivione non vindicetur. Solent itaq; Leges et Principes quorum memoriam volunt esse perpetuam, ea Literis commendare et præsertim cum promeritis dignis aliquem ornaverint præmijs, ut eorum munificentia in bene de eis meritos esset testimonium et cæteri ad bene merendum de illis excitentur. Proinde Nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ &c Significiamus præsentibus Literis quorum interest universis, tam ijs qui nunc sunt, quam qui postea Futuri sunt. Quod cum Generosus Ioannes Starzechowski Castellanus Przemisliens et Capitaneus Noster Drohobicen et majorum suorum meritis sit Nobis commendatus et eorum exemplo de Nobis Reque Publica Regni nostri præclare mereri studeat. Volentes itaq; gratia nostra in illum extare testimonium ipsumque ad bene de Nobis merendum alacriorem reddere, de certa scientia et speciali gratia Nostra Senatorum Nostrorum accedente consensu ipsi Generoso Ioanni Starzechowski Castellano Przemisliens

missionem et ejus legitimis Successoribus sexus
utriusque Villam nostram Bolochowce ad Ca-
pitaneatum Drohobiczen pertinen eandem
jam a Capitaneatu ipso Drohobiczen sejun-
gen, atque eidem Generoso Joanni Starziecho-
wski ad Villam Sthebnik adjungen cum o-
mni pleno jure dominio et proprietate dandam
donandam et conedendam duximus, damus q
donamus et concedimus praesentibus Literis
titulo perpetuo mero puro et irrevocabilis do-
nationis cum fundis omnibus ad eandem Vil-
lam Bohotowice ex antiquo pertinen, quo hic
omnia et singula pro expressis habere volum
generalitatem sub specialitate et specialitatem sub
generalitate concludendo. Ita late longe et cir-
cumferentialiter, prout Villa praefata in suis me-
tis et limitibus nunc consistit et prout eam
nunc ipse Generosus Joannes Starziechowski ad
Capitaneatum Drohobiczen obtinebat, et prout
signis metallibus a Villa nostra Koszpiecz, tum
et ab alijs fundis et Villis Vicinis sive jure scri-
pto et expresso sive consuetudine antiqua est di-
stincta et limitata. Cum omnibus quoque redi-
tibus proventibus et utilitatibus universis nul-
lis penitus exceptis quae nunc in eadem Villa
sunt et in posterum humana industria inve-
niri et excogitari poterint, nihil Nobis Juris Do-
minij commodi et proprietatis ibidem reser-
vando, sed totum in ipsum Generosum Joan-
nem Starzechowski et ejus Successores

sexus

sesus utriusque trasferend et transfunden per
petuè et in avum per ipsum Generosum Joan
nem Starzechowski et ejus Successores villam
prædictam Bolochowcze cum omnibus ad illa
pertinend metas illius præsentes non excedendo
tenend habend et perpetuo cum omni jure do=
minio et proprietate hæreditarie more alio=
rum Equestris Ordinis Regni nostri Nobilium pos=
sidend dandam donandam vendendam com=
mutandam et in eos quos illi et ejus Succesbo=
ribus videbitur usus libere convertendam tem=
peribus perpetuis. Expeditione tantum bellica
et aljs Reipublicæ oneribus salvis ibidem ma=
nentibus In cujus rei fidem &c Datum Krasno=
stavij Die et anno quibus supra.
Sigismundus Augustus Rex bpt

Inscriptio seu obligatio bonorum Wo=
lia Wilkolaska occasione 9000.
Florenorum per Magnificum Sta=
nislaum Comitem in Jenczyn Pa=
latinum Cracovien Generoso An=
dreæ Miskowski facta.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod comparens personali=
ter coram Nobis Magnificus Stanislaus Co=
mes in Thenczin Palatinus Cracovien Lubli=
nen Belzen Ucziedovieng Capitaneus, in

Wilkolaska

Wilkolaska Wolia et aliorum bonorum ad id
pertinen hares, sanus mente et corpore existens
publica et per expressum fassus est, se recedeu
a terris et districtibus suis quibuscvis et huic
jurisdica nunc Regali incorporando, recogno-
vit, quia tenetur et est debitus certi et liquidi
debti novem millia florenorum pecunie com-
munis in Regno curren monete et numeri
Polonicalis, quemlibet florenum per triginta gro-
sos computan, Dno Andree Miskowski in Bi-
chawa Heredi et eius Legitimis Successoribus,
Quam quidem summam prenominatam No-
vem Millium Florenorum pecunie ipse Magni-
ficus Palatinus Cracovien una cum suis po-
steris obligat et inscribit presenta inscriptione
Eidem Andree Miskowski et ipsius Legitimis
Successoribus pro Festo Nativitatis Christi pro-
xime venturo solvere ac circa acta Castren Lu-
blinen reponere et relinquere, etiam ipsius An-
dree Miskowski absentia nunc non obstante,
casu quo non solverit, seu cum suis posteris sol-
veneglexerit, et ita ut premissum est, non relin-
querint. Et tunc tenebitur, ac se presenti in-
scriptione obligat et inscribit eidem Andree
Miskowski et ipsius Legitimis Successoribus da-
re realem intromissionem et actualem posses-
sionem in Bona prefata Wolia Wilkolaska, et
alia omnia ad id pertinen. Et hoc in Crastino

ejusdem

ejusdem Festi Nativitatis Domini sub vadio si=
milis summæ Novem millium Florenor peeu=
nie Communis monetæ et numeri Polonicalis
Et data sibi intromissione et effectuali possessio=
ne tenebitur ac se præsentibus cum suis posteris
obligat præfatum Andream Miskowski in pre=
fatis bonis tueri defendere evincere eliberare ab
omnibus quibusvis impedimentis juridicis et
extrajuridicis quarumlibet personarum status
sexus cujusvis existentium, ab omnibus furib,
prioribus et posterioribus reformationibus fa=
ctis vel fiendis citationibus concitationibus, in=
notescentijs quibusvis importatis et imperran=
dis et generaliter ab omni impetitione juridi=
ca et extrajuridica. Nec etiam non debebit solus
per se nec per submissas personas quasvis, in
prædictis bonis quovis modo præpedire, inqui=
etari seu injuriari sub vadio similis summæ
Novem millium florenorum pecuniæ commu=
nis. Pro quo quidem vadio seu vadijs tam in
parte quam in toto succubitis, si ipse Magnifi=
cus Stanislaus Palatinus Cracovien citare
se permiserit, ad quodcunque jus Regni Pala
tinale tam terrestre quam Castren tam offi=
cij etiam cujuscunque terræ Palatinatus vel Di=
strictus. Et tunc recedent a terris et districtibus
suis quibusvis in illo judicio seu officio ad quod
citabitur et præsertim ad officium quacunq

die

Die feriata tenebitur stare parere respondere
ac pro vadio seu vadijs toties quoties citabitur
cum Successoribus suis satisfacere, eundem primum
terminum vera vel simplici infirmitatibus Li=
teris nostris motionibus appellationibus ac ge=
neraliter dilationibus seu escusationibus qui=
buscunq; juridicis et extrajuridicis quocunque de
jure seu intelligentia quacunque humana pos=
sint excogitari. Nec etiam quacunque Lana ju=
diciaria seu ex consvetudine decerni consveta
eundem vadium et solutionem vadij evaden.
Imo remotis omnibus dilationibus de plano Va=
dium succubit cum Successoribus suis. Immo
quicquid sibi contra presentem inscriptionem
ipse Magnificus Palatinus in auxilium reci=
pere vellet eo toto causam suam amittere cum
Successoribus suis debet. Quam quidem recogni=
tionem Nos ratam et gratam habend eam in
omnibus ejus punctis clausulis articulis et con=
ditionibus approbamus confirmamus et ratifi=
camus, decernend eam et omnia in eis conten=
ta robur debitum obtinere debere. In cujus rei
Fidem &c Datum in Czarnystaw Die et anno
quibus ut supra

Relatio

Transportatio Fori annalis Oppidi
Pokrzywnicza

In

In Nomine Domini Amen, ad perpetuam rei memoriam. Nos Ligismundus Augustus &c Significamus presentibus Literis quorum interest universis. Quod etsi forum annale sive Nundina in Oppido nostro Kopyczyńicza pro Festo Ascensionis Domini usu et longa consvetudine sint introducta. Quia tamen ab ipsis Oppidanis Pokrziwnicen sumus edocti nundinas prefatas ipso die et tempore celebrari solitas, commode agi et haberi illic non posse, propterea quod Vicinis Oppidis nostris incommodaret. Supplicatum Nobis per certos consiliarios nostros, eorum nomine esse ut illud ipsum forum annale in tempus commodum trasferre et transportare, atque temporibus perpetuis celebrand instituere dignaremur. Cujus Supplicationi annuentes forum ipsum quod ut predictum est singulis feriis Ascensionis Domini celebrari consueverat, ad Diem Divo Laurentio sacrum transponend et instituendum duximus, transponimusque et instituimus presentibus Literis temporibus perpetuis annis singulis celebrand, citra tamen aliorum Oppidorum et Civitatum nostrarum in vicinia consistentiu prejudicium et detrimentum. Ita quod omnes et singuli homines sexus utriusque, cujuscunque status et conditionis fuerint ad hoc ipsum oppidum pro ipsis nundinis confluere

possint

possint singulis annis pro tempore supraexpres-
so, causa vendendi et emendi res pro rebus mer-
ces pro mercibus permutandi, et alia negotiati-
onis genera exercendi, veniendq in accedendo
et redeundo, nostra et Successorum nostrorum se
curitate et libertate potiantur et audeant, nisi
tales sint quas jura et leges fovere non permit-
tunt, et quibus proborum hominum consortia
merito sunt denegenda. Insuper autem volen-
tes majorem gratiam nostram in Oppidum dic-
tum declarare, forum septimanale, quod sin-
gulis Feriis quintis, institutione Antecessorum
nostrorum hucusque celebrari solitum est, su-
per quodque Privilegium ab Antecessoribus no-
stris concessum, igne absumptum esse Nobis
expositum, denuo singulis feriis quintis, uti
adhuc celebrari solitum est instituimus, tem-
poribus perpetuis qualibet septimâ, citra tamen
aliorum Oppidorum et Civitatum vicinarum
prejudicium, more aliarum Civitatum cele-
brandum. Harum testimonio Literarum ac

Inscriptio seu Obligatio bonorum
infradescriptorum in summa 760.
florenorum per Generosos Nicolaum
Inciserem et Stanislaum Lastkie
Generoso Alberto Fasienski facta

Sigismundy

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesentibus Literis &c Quod con=
stituti personaliter coram Nobis Generosi Ni=
colaus Incisor et Stanislaus Laszczi de Lasko
Fratres germani, in Lasko Strikow ac villis
Warczewicza Sierznia et Czesarka aliorumq
bonorum omnium ad id pertinen haredes in
hac parte indivisi, sani mente et corpore exi=
stentes, recedentes a terris et districtibus suis
quibusvis in Regno Polonie consisten, sequ
ac omnia bona sua hereditaria manu conjun
cta et indivisa praesenti jurisdictioni nostre
huicq inscriptioni in toto subjicien et incorpo=
rando palam publice et per expressum recogno=
verunt, et quilibet eorum recognovit, quia Ge=
neroso Alberto Fasieński Divono Vilnen
Magni Ducatus Lithuanie Coquino Magistro,
Uspolien et Punianen Capitaneo, septingen=
tos Florenos numeri et moneta Polonicalium
communiter in Regno nostro currentis certi
et liquidi debiti sive mutuate pecunie Adjun=
gendo predictam summam septingentorum
Florenorum pecunie ad summam priorem
duorum Millium et trecentorum florenorum
pecunie per eosdem Dos Nicolaum et Stani=
slaum Lasckii manu conjuncta indivisim su=
per bonis, villis Warczewicza, Sierznia et
Czesarka prefato Generoso Alberto Fasienski

modo

modo obligatorio inscriptor, justa inscriptio
nem eorum latius canentem, tenentur et sunt
debiti, obligarique sunt ei prædictam summa[m]
quæ simul juncta efficit numerum tria millia
Florenorum integra numeri et monetæ Poloni=
calis communiter in Regno nostro current, hinc
a Festo Nativitatis Christi proxime venturo
in anno Domini Millesimo quingentesimo
quinquagesimo octavo usque ad illud Festum
Nativitatis Christi in anno Domini Millesimo
quingentesimo quinquagesimo nono solve=
re et adimplere realiter. Casu vero quo non
solverint aut solvere negleserint, extunc debet
et tenebuntur et præsentibus se obligant eidem,
~~eidem~~ Iso Alberto Tasienski ejusque Legiti=
mis Posteris et Successoribus justa priorem sua
inscriptionem, bona sua hæreditaria videlicet
Villas Warczewicza et Cresarka cum Prædio
piscinis et molendino ad easdem villas ad=
dito in Districtu Lenciciensi sitt. in summa
trium Millium Florenorum pecuniæ Nume=
ri et monetæ Polonicalis, sub simili vadio trium
scilicet millium Florenorum modo et titulo o=
bligatorio, usque ad plenariam dictorum bo=
norum exemptionem tenendum, habendum,
possidendum et utifruendum, dando realem
intromissionem et pacificam possessionem per=

Mini=

Ministerialem quemcunque sibi elegerit, sine
addictione cujusvis officij, in villas vertes q' suas
illos concernen, superius expressas, in toto et tota=
liter non recedendo a priori inscriptione per eos
facta dare et ~~concedere~~. Et data sibi intromis=
sione et pacifica possessione debent ipsum tueri
defendere et eliberare, ita quod prefata bona
pacifice tenebit ab omni impetitione juridica
quarumcunque personarum tam in summa
principali quam presenti usque ad plenariam
exemptionem et summe predicte persolutionem,
trium scilicet Florenorum millium pecunie, jun=
gendo presentem inscriptionem cum priori in=
scriptione in toto, quibus omnibus ipsi libere
consenserunt, renuntiando omnibus excepti=
onibus, dilationibus, et quibusvis legalibus im=
pedimentis excogitatis juridicis et extrajuridi=
ciarijs, ita videlicet quod quicquid sibi in au=
silium acceperint, per hoc causam suam amit=
tere debent nulla prescriptione evadendo. Quam
quidem inscriptionem et recognitionem Nos
ratam et gratam haben, eam authoritate nra
Regia approbamus confirmamus et ratificamq,
decernen omnia et singula in ea contenta ro=
bur debite firmitatis obtinere debere. In cujus
rei Fidem &c Datum in Krasnystaw Die prima
Augusti Anno Domini MDLVIII Regni nri
XXIX. ℔ admittere=

Relatio

Confirmatio

Confirmatio commutationis perpetuæ per Capitaneum Brzestensem cum Nobilibus Cziepliniskiemi infrascriptis occasione Molendini ad Advocatiam ville Klobia pertinen facta.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis quorum interest Universis. Quod comparens personaliter coram Nobis Generosus et Nobilis Nicolaus Trzebuchouski Cubiculi nostri Præfectus, Burgrabius Cracovien ac Brzesten Lelovien Locumtenens Capitaneus, ac villæ nostræ Klobia ad Capitaneatum nostrum Brzesten pertinen tenutarius, et Nicolaus Cziepliniski una cum Laurentio Filio Christini Cziepliniski, suo ex fratre Nepote habendo sufficientem consensum sive Plenipotentiam, coram actis Castrensibus Brzestensibus factam ad infrascripta peragenda et inscribenda a Nobilibus Christino Alberto et Thoma Cziepliniskiis Fratribus suis Possessoribus Advocatiæ in villa Nostra Klobia, cavendo de ratihabitione eorundem publice et per expressum recognoverunt talem inter se, quæ sequitur commutationem, fecisse nunc que facere. Primum ipse Generosus Nicolaus Trzebuchowski Cubiculi nostri Præfectus Burgrabius Cracoviensis Brzesten Lelovien Locumtenens Capitaneus

taneus ac Villa prædicta nostra Klobia. Volens
proventus Capitaneatus nostri Brzestensis au-
gere prædicto Nobili Nicolao Crieplinski, una
cum Nobili Laurentio Filio Christini Crieplin-
ski, ipsius ex fratre nepoti, et Nobilibus Chri-
stino Alberto et Thoma Crieplinskiem Frati-
bus illius Possessoribus Advocatiæ in memora-
ta Villa nostra Klobia, ad prædictam Advoca-
tiam villæ nostræ Klobia in vim commutatio-
nis dedit eos tres mansos desertos agri, in bo-
nis villæ nostræ Klobia jacentes, quin magis
contigui Advocatiæ prædictæ sint, ita prout
in suis metis et limitibus antiqua conserendi-
ne continentur, et ab alijs vicinis distincti sunt
cum omnibus et singulis eorum utilitatibus
et redditibus generaliter universis nullis peni-
tus reservatis, ad eos ex antiquo quoquomodo
pertinend cum totali prædictorum mansorum
hæreditate, jure dominio et proprietate nihil sibi
et suis Successoribus villæ prædictæ nostræ Tenu-
tarijs nostris reservando, sed totum in ipsos
eorumq Successores Advocatiæ prædictæ Posses-
sores transfundendo. Invicem ipsi Nobiles Ni-
colaus Crieplinski una cum Nobili Lauren-
tio Filio Christini Crieplinski suo ex Fratre
Nepote et Nobilibus Christino Alberto et Tho-
ma Crieplinskie Fratribus suis Possessorib.
Advocatiæ in villa nostra Klobia. Ipsi Verso
Nicolao

Nicolao Trzebuchowski Cupiculi nostri Præfe-
cto et ville præfate Tenutario Molendinum
Advocatiale ad dictam Advocatiam pertinens
ad prædium ville nostre ejusdem Klobia modo
commutationis dederunt, cum omnibus et
singulis ejus utilitatibus[4] et cæteris[2] emolu-
mentis[3] et redditibus[1] ad hec ipsum molendinum
et antiquo pertinen nullis penitus exceptis,
cumq omni jure dominio et proprietate nihil
Idem pro se et ejus Successoribus ejusdem
Advocatie Possessoribus reservando. Ita quod
hoc ipsum Molendinum ipse Generosus Ni-
colaus Trzebuchowski una cum prædicta Vil-
la eodem jure quo et prædictam villam tene-
bit et possidebit, et deinde Nos vel ij, qui suc-
cessuri ei in hanc villam nostram voluntate
nostra sunt, tenebunt et possidebunt cum o-
mnibus et singulis emolumentis et pertinen-
tijs attinentijsq nullis penitus exceptis, et si-
militer dicti Nobiles Nicolaus Crieplinski u-
na cum Nobili Laurentio Filio Nobilis Chri-
stini Crieplinski suo ex Fratre Nepote et e-
tiam Nobilibus Christino Alberto et Thoma
Crieplinskiemi fratribus suis possessoribus di-
cte Advocatie in villa nostra Klobia prædi-
ctos tres Lanceos eodem jure et advitalitate quo
et qua et dictam Advocatiam tenent et
possident, et deinde ij, qui eis in dictam

Advocatiam

Advocatiam ~~tenent et possident~~ deinde ij qui
eis ~~in dictam~~ Advocatiam voluntate nostra suc-
cessuri sunt, cum omnibus et singulis utilita-
tibus et redditibus illorum generaliter univer-
sis nullis exceptis, ita late, lange, et circumferen-
tialiter, prout se extendunt proutque in suis
metis continentur, et ab alijs mansis vicinis
distincti quoquomodo sunt, cumque omni
jure dominio et proprietate, una cum Advoca-
tia tenebunt habebunt possidebunt, eisque pa-
cifica et quiete utentur et fruentur, promitti-
musque pro Nobis et nostris Successoribus,
quod eosdem Fratres Crieplinshue in usu et
possessione eorum trium mansorum deserto-
rum ad estrema eorum vite tempora quem-
admodum et in Advocatia conservabimus
et Nostri Successores conservabunt, jamque
es nunc eosdem Laneos eidem Advocatie de-
inceps adjunctos et annexos esse volumus.
Et jam esnunc dant sibi invicem justa com-
mutationem supramemoratam, in eadem
intramissionem et actualem possessionem per
Ministerialem quemcunq jam sibi per nos
additum. Quam quidem commutationem
inter prefatas partes modo premisso factam,
è regue et commodo predij nostri ville no-
stre Klobia esse futuram intelligentes autho-
ritate nostra Regia approbamus ratificamus

et

et confirmamus, in eamq; consentimus de=
cernentes eam et omnia in ea contenta, robur
debitum et perpetuum esse habituram. Ita ta=
men, ut jam dictus prædictum Molendinum
ad prædium nostrum villæ prædictæ nostræ
pertineat. Juribus nihilominus nostris Le=
gijs ibidem salvis per omnia manentibus. In
cujus rei fidem &c Datum Crasnostavij Die
1. Augusti Anno Domini MDLVIII. Regni
nostri XXIX

Relatio

Advitalitas Generoso Joanni Wi=
dawski Vicecapitaneo Siradien=
si super Ream in qua Domum
et piscinam sumptu et impensis suis estru=
xit, circa civitatem Syradien existen, a du=
abus partibus a Fluvio dicto Slodowka Flu=
ente super molendinum Syradien a tertia
Horti Arcis, a quarta vero Pascuarij sive
Salicum penes finem dicti Pascuarij ja=
cen, data. Litera in forma Cancellariæ
extradita, loco, die, et anno quibus supra.

Confirmatio constitutionis Contuber=
nij Civium Przemisliensium.

Sigismundus Augustus &c

In nomine Domini Amen, ad perpetuam rei memoriam. Solent Leges et Principes, quorum memoriam volunt esse perpetuam, ea Literis mandare. Idcirco Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus &c Oductos Nos esse tum intercessione Magnifici Spithonis Jordan de Zakliczin Palatini Sendomiriens Przemislien Camionacens Capitanei precibus pro Fraternitate et Contubernio Aurifabrorum Pictorum et Stannifusorum Przemislien ad Nos facta, tum etiam eo ipso Civitatem nostram Premislien ad meliorem conditionem provenire cupientes, constitutionem contubernij et Fraternitatis in Opificio uniuscujusq supramemoratorum Aurifabrorum Pictorum et Stannificum prædicte Civitatis nostræ Przemislien secundum articulos inter ipsos et singulorum Opificio, et ante hucusque observatos, a Consulatu ejusdem Civitatis illis legitime admissos, et eos qui in Civitatibus nostris Cracovien vel Leopolien in similibus Opificijs justa concessionem et donationem nostram observari legitime sunt soliti, confirmandam, approbandam et ratificandam duximus, confirmamusq ratificamus et approbamus literis hisce nostris. Decernen eam et omnia in eis contenta in o-

mnibus ejus punctis clausulis articulis et
conditionibus robur debitæ et perpetuæ firmi=
tatis habituram. Eo autem adjuncto et es=
presse addito, ut nemini ex singulorum opi=
ficiis tam in Civitate prædicta Przemisliensi,
quam etiam extra in Suburbia ejusdem Civi=
tatis non accepta, cum eis priùs fraternitate
sive Contubernio, artem suam exercere liceat,
sub pœnis in Contubernijs ejusmodi prædictis
observari solitis. Salva tamen Consulatus
nostri Przemislien legitima et a majoribus
nostris Nobisque ipsis data autoritate. In=
cujus rei fidem &c Datum Crasnostavij Die
prima Augusti, Anno Domini MDLVIII.
Regni nostri XXIX

Relatio

Remissio Pœne infradescriptæ Nobi=
li Alberto Kosthowiez Lubaraczki.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis &c Quod cum
Nobilis Nicolaus Wieczmiński transmari=
ni Salis in terris nostris Masovie Inquisitor
Nobilem Albertum Kosthkowiez Lubaraczki
ad pœnam quod trasmarino sale uteretur con=
tra publicas constitutiones in Judicium Ca=
strense Plocense vocavisset ac ibi Judicium
illud ex partium controversia pœnam luere
debere

debere dictum Labaraczki ad ~~penam quod~~
decrevisset vadijs duplicatis interpositis, si
eam subire recusavisset. Qua actis cum esset
ad Nos per appellationem devoluta Nosque
in ea quod jus postulabat decrevissemus, pro-
ut decretum nostrum in ea latum latius com-
plectitur. Adducti tamen Consiliariorum nostro-
rum prodicto Luboraczki precibus, eam penam
statutam in eos, qui uti sale transmarino con-
tra constitutiones publicas audent, quamvis
ad ulteriorem processum partes ad illius judici-
um a quo ad Nos hac actio devoluta erat re-
misissemus, dimittendam huic isti Labara-
czki duximus, atque ab ea liberum illum
facimus. Magnificoque Andreae de Tolexe-
wo Palatino Lawen ac Plocen Capitaneo
denuntiantes mandamus, ut ab ulterium
executionis processu ad quem partes a Judicio
nostro ex Decreto nostro remissa sunt super-
sedeat, neque illi aliquid in ea re amplius
faciat negotium. Pro gratia nostra In cujus
rei testimonium sigillum nostrum praesenti-
bus est impressum. Datum Crasnostavij Die
secunda Augusti Anno Domini MDLVIII

Relatio

Compositio occasione infrascriptor
inter

inter Generosum Stanislaum Obor-
niczki Skora de Lay et Matiam
Sirowslawski.

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quod veniens ad præsen-
tiamnostram personaliter, Generosi Stani-
slaus Obornieczki Skora de Lai ex una et
Matias Siroslawski partibus ex altera Rece-
den a terris et Districtibus suis quibus vis,
et huic jurisdictioni nostræ præsenti quo ad
actum presentem se incorporando palam
publice et per expressum recognoverunt, ta-
lem inter se ocasionis infrascriptorum fe-
isse compositionem, in eum qui sequitur
modum. Quod præfatus Dus Stanislaus O-
bornieczki eidem Dño Matiæ Siroslawski
et ejus Successoribus, se et suos Successores pre-
sentibus inscribit et obligat, Dum bona Op-
pidi Obornikj vigore decreti inter ipsum Sta
nislaum et eundem Matiam ac Stanislaum
Splawski per Nos promulgandi esemerit
et vigore ejusdem exemptionis Possessionem
ipsorum assecutus fuerit. Extunc in quatuor
Septimanis ab accepta Possessione eorundem
vigore prædicti nostri Decreti per ipsum de cla-

nibus

nibus tam ipsius Matie Siroslawski, quam
predicti Stanislai Splawski ut premissum est
esemendorum debebit et tenebitur eidem Ma-
tie Siroslawski ac successuesque Successores pre-
sentibus inscribi et obligari quartam Partem
Oppidi Obornikii, medietatem videlicet eorum
bonorum que modo premisso ab ipsis Matia
Siroslawski et Stanislao Splawski esemptu-
rus est in summa mille et Sexingentorum
Florenorum pecunie apud acta Castrensia
Posnanien modo obligatorio inscribere et o-
bligare, atque eandem modo inscriptam in
pacificam et effectualem possessionem cum
omni jure ac dominio et proprietate, ac o-
mnibus eorundem bonorum utilitatibus pro-
ventibus et obventionibus universis, ad eadem
bona antiquitus pertinen tradere, ac Literas
originales super eadem Bona, que ipsi Sta-
nislao Oborniczki in esemptione bonorum
predictorum per prefatum Stanislaum Spla-
wski et Matiam Siroslawski reponentur eidem
Matie Siroslawski apud acta prefata Pozna-
niensia pro tempore prefato in manus dare.
Nec non ratione eorundem bonorum debe-
bit et tenebitur eidem Matie dare et admit-
tere libram Mansionem aut in medietate

& premisso-

arcus

Arcas Obornicen. aut in tota et integra Curia
ipsius Stanislai Obornicziki propria ibidem
in Obornikj villa. Et hoc sub vadio decem mil=
lium Florenorum pecunie communis nume=
ri et monete Regni nostri eidem Matie Siro=
slawski et ejus Successoribus ad solvendum
sucumben. Quam quidem quartam partem
bonorum predictorum per prefatum Stani=
slaum obornicziki eidem Matie Siroslawski
modo premisso inscriben et obligan, idem
Mathias Siroslawski tenebit habebit et pos=
sidebit in summa prefata pacifice et quiete
et nec de eadem parte quarta per ipsum Sta=
nislaum aut ejus Successores redimi poterint
aut summam prefatam levare et de eisdem
bonis condescendere cuiq debebit donec et
quamdiu prefatus Stanislaus Obornicziki
eidem Matie Siroslawski, aut etiam ipseme
Matias Siroslawski solus per se ipse, juxta
compositionem factam, medietatem Advo=
catie Obornicen de manibus supramemo=
rati Stanislai Splawski quovis modo acqui=
sierint vendicaverint aut assecuti fuerint,
ac tum demum et non prius debebit et tene=
bitur prefatus Matias Siroslawski dum vide=
licet possessionem totius et integre Advoca=

tie

tio Oborniczen assecutus fuerit, ab ipso Sta=
nislao Oborniczki summam praefatam Mille
et Sesingentorum florenorum recipere et bo=
nis praedictis condescendere Literasque origi=
nales super bona praefata habitas eidem re=
stituere. Dein etiam praefatus Stanislaus O=
borniczki se et suos Successores praesentibus
inscribit et obligat, eundem Matiam Siroslа=
wski et ejus Successores in usufructu omnium
proventuum et singularum obventionum Ad=
vocatiæ Oborniczen absque quovis Juris stre=
pitu conservare, et nec quicquam proventu=
um antiquitus provenien ipsi et ejus Succes=
soribus adimere. Nec non idem Stanislaus
Oborniczki sepraesentibus inscribit et obligat
Generosam Doroteam de Lehno Generosi o=
lim Joannis Drabski Castellani Kruswicien
relictam in libera mansione in Arce Oborni=
cen, in qua et de praesens moram degit ad tem=
pora vitæ ipsius Dorotea estrema conserva=
re ac post mortem ejusdem Dorotea Succes=so=
ribus ipsius rimationem duarum septima=
narum admittere et eandem non praepedire.
Quæ quidem omnia et singula praemissa in
praesenti inscriptione contenta et expressa,
utraq; pars se et suos Successores sibi invicem
et suis Successoribus inscribunt et obligant

tenere

tenere et adimplere sub vadio supraexpresso
Decem millium florenorum pecunie com=
munis per partem in ejus Successores huic
inscriptioni contravenient parti, eam inscri=
ptionem et ejus contenta adimplenti et ipsius
partis Successoribus ad solvend succumben. Pro
quo quidem vadio seu vadijs si pars non
satisfaciens huic concordie et ejus Successores
non satisfacientes ratione cujuslibet rei tam
in Parte quam in toto non exequute secessum
citare permiserint, ad quod cunque Judicium
terrestre aut Castrense Regni nostri, sive etiam
ad presentiam nostram ubicunque locoram
prot tunc etiam extra Regnum cum Curiano=
stra feliciter constituti fuerimus, in eodem
primo termino tanquam peremptorio talis
pars stare parete respondere ac vadio presta=
to satisfacere debebit et tenebitur. Eundem
primum terminum vera vel simplici infirmi=
tatibus, neque pro majori differendo neque
ad quietationem, nisi ad Acta Castrensia
Posnanienssia Dilationem sibi recipien, ap=
pellationes cum motionibus a Judicio non
faciendo, quibus omnibus se presentibus
abrenuntiat. Imo eisdem non obstantibus
petierit, pars huic concordie satisfaciens, par=

tem

tem non satisfacientem vel huic inscriptioni
contravenientem in eodem primo termino con=
demnare in suo lucro toto, non evadendo oÿ e=
andem partem satisfaciend pro præmissis et
singulis omnibus inscriptione contentis et es=
pressis bello colloquio Conventione generali=
bus Statutis novis et consvetudinibus Regni
laudatis et laudandis, in contrarium non ob=
stand, neque præscriptione terrestri nullisq a=
lÿs modis exquisitis et esquirendis suo et
suorum Successor sub amissione totius causæ.
Et nihilominus vadium præfatum succumben
et pro eodem satisfacien, utrique præmissa o=
mnia et singula in præsenti inscriptione con=
tenta et expressa, prædata pars contraveni=
ens facere et complere tenebitur. Cum omnibus
et singulis conditionibus clausulis et articu=
lis in præsenti inscriptione supra expressis,
sub alÿs similibus et specialibus vadÿs parti
satisfacien et ejus Successoribus per partem
contravenien ad solvend succumben, toties
quoties ipsis partibus et eorum Successoribus
opus fuerit. Quam quidem inscriptionem præ=
insertam Nos ratam et gratam haben, e=
andem autoritate nostra Regia approban
et confirman duximus, approbamusque et
confirmamus præsentibus. In cujus rei fidem

Datum Crasnostavij Die Secunda Augusti.
Anno Domini MDLVIII.

Relatio

Assignatio Quadraginta tunnarum
Salis in Cuppis Pidgostien per Ge-
nerosum Stanislaum Niegoleffski
quolibet Anno ad tempora vitae suae extre-
ma evchendarum, pro qualibet tunna salis mar-
cam unam juxta Statutum Regni numeran.
Litere in forma Cancellaria extradite. Loco Die
et Anno quibus supra.

Confirmatio Literarum pro parte No-
bilis Stanislai Niedwiczki Advitali-
tatem super villam Straczkow in se
continentium.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Exhibitas esse coram Nobis
pargameneas Literas Venerabilis et Religiosi
Jacobi Komorniczki Abbatis totius Conventus
Monastery Koprzywnicensis et Ordenis Cister
cien nomine Nobilis Stanislai Niewiwiczki
sanas, salvas, et integras nullaque in parte suspe-

ctas

ctas et sigillis appensis prefati Abbatis et totius
Conventus munitas Advitalitatem ejusdem No-
bilis Stanislai Nudrowiczki super villam Stra-
czkow in se continen. Supplicatumque est No-
bis per certos Consiliarios nostros ejusdem
Nobilis Stanislai Nudrowiczki nomine, ut
eas approbare et confirmare dignaremur. Qua-
rum tenor est iste. In nomine Domini amen.
Quoniam omnes humanae actiones sub tempo-
re gestae, a memoria saepe desciscunt, ac cum
ipsius fluxu temporis fere depereunt, in ni-
hilum quoque redigunt, nisi Literarum robo-
ratae fuerint munimine. Proinde Nos Jacobus
Komorniczki Divina Pacientia Abbas. Sta-
nislaus Prior. Adamus Suprior Gregorius Se-
nior, Martinus Cantor, Adamus Custos Lau-
rentius Subcustos, Stanislaus Bursarius,
Paulus Coguna Magister totusque Con-
ventus Fratrum Monasterij Koprzywnicen
Ordinis Cisterciensis Cracoviensis vero Dio-
cesis. Attenden Bona Monasterij Nostri
Straczkow ab annis plurimis desertata ac
Cmetonibus seu incolis prorsus carentia Vo-
lentesque huic incommodo opportuno succur-
rere remedio, quo et Monasterij Proventus
adaugeantur et ipsa bona Straczkow ad pri-
stinam sortem deducantur. Cum autem u
t hominum=

per

per Nos ipsos nequaquam ad effectum deduci
perpendamus, et presertim ob penuriam ligno-
rum pro edificijs pertinentium. Visum est igi-
tur Nobis, id per subordinatam aliquam per-
sonam deduci ad effectum facilius posse. Ha-
bentes itaque apud se satis commendatam et
humanitatem et amicitiæ integritatem Gene-
rosi Stanislai Niedziwicziki vicini nostri cha-
rissimi Nobis et monasterio Nostro jam pri-
dem bene meriti conservatique. Volentes hanc
animi illius et amicitiæ in Nos propensita-
tem adaugere ferventioremque indies reddi-
re posteriores de animi omnium nostrorum
voto consilio et assensu, eam ipsam villam
Monasterij nostri Straszkow, ad tempora vi-
tæ prefati Generosi Stanislai Niedzwiezki
extrema concedendam et inscribendam du-
ximus prout et presentibus concedimus et in-
scribimus, hinc alias a data presentium usq
ad extrema ipsius Generosi Stanislai Niedz-
wiezki vitæ tempora, ita late, longe, et circum-
ferentialiter, prout soli bona ipsa tenuimus,
et prout in suis metis et limitibus ipsa bona
nostra Straszkow divisa sunt et distincta. Et
hoc cum omni jure dominio et proprietate et
generaliter cum omnibus pertinentijs utilitati-
bus proventibus quoquo modo nuncupatis, et

ad

ad ipsa bona Straczkow antiquitus spectantibus,
ac de jure quomodocunque pertinentibus. In
qua quidem villa Straczkow prædictus Gene-
rosus Stanislaus Niedrwiczki, octo Cmetones suis
impensis locare, ac domos eisdem ut moris est
construere. Boves quoque ad arandum et alia
necessaria dare et conferre tenebitur. Singulis
quoq; annis pro Festo Divi Martini in Autu-
mno præfatus Dñus Stanislaus Niedrwiczki No-
bis et Successoribus nostris de eisdem Bonis Stra-
czkow Sensionis ses marcas pecunias dare tene-
bitur. Pro decima quoque de eadem villa Stra-
czkow proveniente pro equina fratrum per Mar-
cas quinque pecunias numeri Polonicalis pro su-
prascripto tempore annis singulis solvere
indilate adstrictus erit, quamdiu in humanis
aget. Post mortem autem Præfati Generosi
Stanislai Niedrwiczki ea ipsa bona Straczkow
ad Nos seu Successores Nostros et Monasterium
nostrum pleno jure, et absque quovis strepitu
juris aut renitentia et contradictione Succes-
sorum prædicti Generosi Stanislai Niedrwi-
czki redibunt ac devolventur. In quorum o-
mnium fidem robur et testimonium sigil-
la nostra subappendimus. Actum et Datum
in Monasterio Coprziwnicien Feria tertia post
Conductum Pascha proxima Anno Domini
Millesimo

Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Presentibus Nobilibus Joanne Lbigniowski, Joanne Baszalski Andrea Sieniathowski Luca Borzykowski testibus circa premissa. Nos itaque Sigismundus Augustus Les supranominatus, supplicationi, uti justa benigne annuentes literas superius scriptas approban et confirmandas duximus approbamusque et confirmamus presentibus Literis nostris decernentes eas, si tamen Prefatus Stanislaus Nadrwiczki in possessione predicte ville Straszkow fuerit, vime robur debite firmitatis obtinere deberr. In cujus rei testimonium si Datum in Jarosławiu Die secunda Augusti. Anno Dni M.D.L VIII Regni nostri XXIX.

Relatio Reverendi in Christo Patris Dni Joannis Przerembski Nominati Episcopi Chelmensis et S.R. Vicecancellarij.

Responsum Sacre Regie Mtis ex Conventu Prussie.

Quod Patra ac Serenissima Mtas Regia No-

bis

bis Subditis suis et gratiam suam Regiam
clementer offere dignata est et voluntatem
Paternam, cum ad omnium florentissimum
Regni sui, tum in primis harum Prussiæ terra-
rum salutem conservandam, leges et consue-
tudines tuendas declarare dignata est, habe-
mus atque agimus illius Magestati Regiæ
gratias, tum pro studiorum ac pietatis illius
Rae Mtis magnitudine, sed pro vitili nostra
ac omni studio atque conatu deinceps cura-
bimus, ut tantam gratiam in Subditos no-
stros fideles semper memores et grates con-
tulisse Mtas sua videatur.
Ex nuntio illius Mtis Rae in proxime praeteri-
ta Comitia ad Nos misso abunde et reveren-
ter recognovimus et ipsi per Nos facile suspi-
camur, quantis sumptibus Mtas illius in bel-
lum Livonicum fiscum suum exhauserit. Quan-
tis autem deinceps Magestas illius indigeat
auxiliis ad irruptionem barbari hostis vindi-
candam, et providendum ne excursionem no-
vam faciat, quod moliri fertur cum antea,
tum ex Nuntio S. Mtis illius nunc ad Nos mis-
so etiam accepimus. Estque Nobis Magno do-
lori fines Regni Mtis Vestræ Regiæ gravi in-
commodo affectos, earumq; accolis non medio-
cre damnum datum esse ab eo hoste, qui nu-

pacis nec belli nec ulla foederum jura novit.
Et si autem de ejusmodi Regni oneris relevan=
da Nos tenere haud meminimus, tamen il=
lius Mtis rationibus horrerum statu, haud
dubie non fuissemus defuturi ad testandum
studium fidem et observantiam nostram,
quemadmodum quidam et ordinibus non
obscure sese declararunt, nisi in reddendis
minus officiose Literis illius Regiæ Mtis
et serius quam oportuit nonnihil erratum
fuisset. Reddite enim sunt literæ illius Mtis
Dominis Consiliarijs potissimum ijs, qui nun=
tios vocandi ad Comitia habent potestatem,
alijs triduo, alijs quadriduo ante Comitior
diem. Quo factum est ut plurimi Nuntio=
rum terrestrium adesse Comitijs non potue=
runt, sine quibus aliquid in eâ statuere,
quod ad omnes æque pertineat parum No=
bis conveniens necsatis consultum esse
videbatur.
Quare Magestatem suam Rm Dominum
nostrum clementissimum supplices roga=
mus, ut veterem dimittendarum literarum
suarum morem observari mandare digne=
tur. Quæ res et ad dignitatem Literarum il=
lius Mtis et Reipublicæ Negotia expeditius
obeunda et ad postulationes commodius

ob=

obtinendas plurimum videtur pertinere. Roga-
mus item humiliter, ne Magestas sua Regia
hanc nostram cunctationem seu Dilationem,
petitionis illius Majestatis in Deteriorem
partem accipiat. Neque quod necessario et
coacte sit propter ordinum absentiam non
nostro sed Literarum errore, data opera et con-
sulto fieri Mtas illius Regia existimet.
Ceterum quod illius Magestas Regia refere
ad Nos dignata est, que superiori anno in
Comicijs Varsovien ordines Regni a S. illius
Magestate flagitarunt, in causa unionis
constituenda, agimus item Magestati sue
gratias. Verum non dubitamus illius Ma-
gestatem Sm pientissimum et justitia ac re-
ligionis observantissimum Principem illo
responso, quod ante aliquot annos illius Mti
dedimus contentam fore. Neq Magestatem
suam Regiam, qua est in subditos suos sem-
per fideles et obsequentes paterna benevo-
lentia, qua summa in omni leges et Privi-
legia fide justitia et religione hanc Nobis
solicitudinem injecturam esse solicitamus
existimamus, ut crebra istius mtione uni-
onis, juribus libertatibus Privilegijs nostris
partis fide observantia, nec non sanguine
majorum nostrorum erga Divos Principes

suos

S. Illius Mtti Le majores perpetuo timea-
mus. non aliud caput quam Sacram ac Se-
renissimam Mtem vestram Regiam Domi-
num nostrum Clementissimum, nec ullum
aliud corpus cui uniti, conjuncti, et inserti
sumus, quam Regnum Poloniæ agnoscimy.
Et ätius vel vitam ipsam ereptam Nobis
paceremur, quam ut ab hoc tempore avel-
lamur. Itaque cum hoc haud scimus, cu-
jus unionis petitis in detrimentum liber-
tatis nostra Privilegiorum et consvetudi-
num spectare videtur, ne ejus petitioni illi-
us M. ullum locum exemplo suorum ma-
jorum dare velit omnibus precibus, quàm
humillimo studio petimus ac rogamus.
Postremo quod Majestas sua Regia Cul-
men juris in certam formam redigendi
Nos sapius dignatur admonere ut Judicio-
rum varietates et difficultates tolli possint,
agnoscimus plus quàm paternam illius Mtis
benevolentiam et gratiam, nec possumus il-
lius Magestati eo nomine dignas satis gra
tias agere, qui quod ab alijs peti solet, ultro
illius Magestas subditis suis dignatur con-
cedere. Jam in hoc studium et nostram ope-
ram conferimus, curaq' Nobis est, sedulo, ut

opus

opus coptum perficiatur. Quod quia verius
sit Magestatem illius supliciter rogamus, ne
id nostra negligentia, verum rei difficultati
adscriptum esse velit.

Castellanatus Inesnensis Peneroso
Nicolao Jrzebuchowski Camere
Regie ac Præfecto Datus.
Sigismundus Augustus &c

Notum facimus per presentes Literas quo-
rum interest universis. Cum in mandatis
Reipublice Honoribus merita in primis vir-
tutemq eorum quibus mandantur spectari
oporteat, eum quod ij, ejus modi precipue
Hominibus debeantur, tum q. Reipublice
interijt ijs potissimum quorum virtus quàm
maximè probata sit, ejus consilia et ratione
tractandas committi. Itaque cum Prnus Ni-
colaus Jrzebuchowski Camere nostre Præfe-
ctus Burgrabius Cracovien.is Brzesten
Legoznen Lelovien Capitaneus, ita in Au-
la nra jam pridem versaretur, ut cum mul-
ta ejus obsequiorum merita in Nos existe-
rent, tum in ijs omnis illius observantia,
officium, fides, illius erga Nos constaret, a-

bundeque

bundeque testata Nobis illius etga pruden-
tia et in omni virtutis officio integritas esset.
Quibus quidem rebus non solum ad gratiam
nostram atque eos munerum quos consecu-
tus est gradus, nobis se se probavit, sed etiam
effecit, ut se dignum judicaremus, qui per Nos
amplioribus reipublica Honoribus decoraretur,
cum ut promerita virtutum suarum præmia
ferret, tum ut eo majorem illarum Reipublica
navandarum facultatem habere posset. Quam-
obrem vacante Castellanatu Gnesnensi illa-
gnifici Erasmi de Grethkow Castellani Gnes-
nen et Pizdrensis Capitanei obitu eundem
illi conferendum dusimus conferimusque
per præsentes Literas ad extrema vitæ illius
tempora, seu ad amplioris Dignitatis assecu
tionem ab eo retinendum, cum omni digni-
tate jure commodis, quæ ei ipsi Castellana-
tui legibus atque consuetudine Regni deben-
tur. Volumus tamen ut nihilominus præsens
in obsequijs meis atque in officio Præfectura
Cubiculi permaneat. Quod universis et singu-
lis quorum interest nominatim vero Digni-
tarijs Officialibus cæterisque Equestris ordinis
Subditis nostris Terræ Calissien denuntiamus
mandantes, ut eum ipsum Meum Nicolaum

Trzebu-

Trzebuchowski Castellanum Gnesnensem agnoscant
~~agnoscant~~ atque illi de omnibus quæ ad eum
dignitatis hujusce ratione pertinent, respon=
deant, respondereque faciant. Pro Debito suo et
gratia nostra. Datum in Brzescie Lithvanico
Decimo Die mensis Augusti. Anno Domini
MDLVIII Regni nri XXIX.

Relatio ut supra

Remissio sive quietatio 900 Florenorum ex Capitaneatu Crasnostaviens
Generoso Nicolao Bogus.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod cum Generosus Nicolaus Bogus Tribunus Lublinen jussu et man=
dato nostro pro ædificijs Arcis seu Curiæ nræ
Crasnostaviensis in adventum nostrum refi=
ciendis mille et quinque florenorum grossos
quindecim et denarios quatuor numeri et
monetæ communis exposuisset, atque id facta
coram Nobis sufficienti ratione se exposuisse
abunde demonstrasset. Nos indemnitati ipsius
prospicere volentes ipsi in rationem expensi
Noningentos florenos quos ex eo ipso Crasno
staviensi Capitaneatu Nobis et Fisco nostro
solvere inferreque tenetur, quosque pro anno
præsenti inferre debuit, remisimus, remittimus=

que

qué, ac eundem de illis quietamus Literis hisce
Nostris, reliquum vero centum florenorum
videlicet et quinque grossos quindecim et de-
narios quatuor, ac preterea centum Fl. quos
Oppwanis Crasnostavien es eadem Arenda
numeravit, tum quicquid amplius in eadem
edificia et alios usus nostros expenderit eidem
in arenda anni futuri videlicet millesimi
quingentesimi quinquagesimi noni, demon
stramus, quos sibi es eadem Arenda deme-
re defalcareq debebit In cujus rei fidem ac
Datum Crasnostavij XVII Augusti. Anno
Dni MDLVIII. Regni nri XXIX
Sigismundus Augustus Rex bpr

Confirmatio Literarum infradescri-
ptarum pro parte Famati Joannis
Advocati de Labina.

Sigismundus Augustus ac
Significamus ac Exhibitas esse Nobis Lite-
ras pargameneas sub titulo et Sigillo Illu-
strium olim Stanislai et Januszij Ducum Mla-
sovie emanatas pro parte Famati Joannis
Advocati de Labina, obligationem in vim
lapsus in certa summa pecunie duorum man-
sorum agri ad Advocatiam in Labna per-
tinen

tinen inse continen, sanas salvas et integras
nullaque in parte suspectas. Supplicatumque
esse, ut eas authoritate nostra Regia approba=
re ratificare et confirmare dignaremur. Quar
tenor sequitur: Stanislaus et Janussius Dei
gratia Duces Masovie Russie ac Significa=
mus tenore presentium quibus espedit univer=
sis. Quia ex Regestro Judicij terrestris Cul=
men, de anno Domini Millesimo quingen=
tesimo Vigesimo secundo, feria sexta ante
Dominicam Rogationum secunda, facta
est Nobis plena fides, quomodo coram Judi=
cio personaliter constitutus Nobilis Alexius
olim Mathie Thiska Advocatus de Lubna
recognovit, quia duos mansos mensure com=
munis sue Advocatie possessionales super
bonis Lubna quos annuatim obligaverat ju=
sta librum superiorem Prowido Joanni olim
Pauli Advocati de Borkowo eidem Joanni
Advocato de Borkowo in triginta tribus se=
sagenis Viginti grossis grossorum in medijs,
infra hinc ad decem octo septimanarum de=
cursum continue se sequen cum omnibus et
singulis utilitatibus fructibus censibus agris
pratis Sylvis dominis et proprietate et gene=
raliter cum obventionibus universis, quibus=
cunque nominibus et cognominibus vocentur,

nihil

nihil sibi nec suis legitimis Successoribus re-
servando, obligavit, casu, quo si non esemerit,
aut quovis modo eximere neglexerit de tem-
pus praefatum, extunc praefatos duos mansos
cum utilitatibus prenominatis, ut premissum
est, ipse Alexius ad eundem Joannem red-
et admittet perpetue et in evum. In cujus rei
testimonium, sigillum nostrum mediocre pre-
sentibus est appensum. Datum in Lambrowo
Feria secunda proxima ante Festum Sancto-
rum trium Regum, Anno Domini Mille-
simo quingentesimo vigesimo quarto. Nos
itaque Sigismundus Augustus Rex praefatus
supplicationi ejusmodi, uti justae, benigne
annuentes Literas hic insertas autoritate
nostra Regia approbandas ratificandas et
confirmandas duximus, uti quidem appro
bamus ratificamus et confirmamus Literis
hisce nostris, decernentes eas et omnia in
eis contenta robur debitum quantum de jure
est et gtts in possessione eorum ad eam usq
Diem obtinere debere. In cujus rei &a
Datum loco, Die, et anno, quibus supra.

Relatio

Capitaneatus Sidrensis Magnifici
Andreae de Koscielecz Palatino Ca-
lisiensi

lifsiensi de datus.

P.

Sigismundus Augustus de
Significamus et Quod cum tota de Koscieleczi fa=
milia virtutem et fidem suam erga Majores
Nostros ac Rempbliam Regni Hujus semper pro=
bavisset et præstitisset atque sedulo studium et obser=
vantiam suam in omni officio, quod vel a Sub=
ditis fidelibus, vel prudentibus, gravibusque
Senatoribus præstiti debuit, atque eam ob
causam maximi longoque tempore continuati
honores in ea permanserint. Nec minus etiam
nunc Magnificus Andreas de Kosczielecz Pa=
latinus Calisiensis et Capitaneus noster Bi=
dgostien de Nobis et Republica Regni nostri
mereri studeat. Dquum itaque putavimus,
ut nostram vicissim in eum gratiam et mu=
nificentiam declararemus. Itaque ipsi Præfe=
cturam nostram vive Capitaneatum Pisdren, qui
nunc morte Magnifici olim Erasmi de Ge=
thkow Castellani Gnesnen vacat cum omnibus
ad eum pertinen proventibusque et reditibus
illius universis dandum et conferendum du=
ximus, damusque et conferimus præsentibus
Literis nostris. Ipse vero de ejusdem Proventibus
juxta ordinationem ex Inventario per Nos fa=
ciendam Nobis et fisco Nostro respondere quo=
tannis tenebitur et erit astrictus. Ac præter=
ea Literas per Nos illi ad Capitaneatum Ju=
cholien concessas restituere Nobis debebit. Quod
omnibus quorum interest nominatim vero

Terræ

Terre Calisien Dignitarijs Officialibus et uni=
verse Nobilitati, proconsuli Consulibus Advoca=
tis, Scultetis, ac omnibus eiusdem Prefecture vive
Capitaneatus prefati Subditis denunciantes
mandamus, ut Magnificum Andream de Ko=
scielecz Palatinum Calisien et Capitaneum
Bidgostien, pro vero et legitimo Sydren Capi=
taneo agnoscant ipsique in omnibus pareant,
ac de redditibus omnibus de jure et Consuetu=
dine Capitaneis Sydren prestari solitis ac
debitis respondeant pro gratia nostra. In cu=
jus rei fidem et testimonium Sigillum No=
strum presen est appensum. Datum in Vra=
snystaw Die XVIII Mensis Augusti. Anno
Domini MDLVIII Regni nostri XXIV.

Nobilitatio Nobilis Petri L.Wierzbi=
ski

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam ejus quod sequitur memoriam
Nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex
Polonie et Jestratum facimus Universis et
singulis, ad quos presentes Littere nostre per=
venerint. Cum nihil magis necessarium in o=
mnibus Rebuspbcis esset, quam constituta in
eis virtute atque recte factis premia esse. Et si
enim ea virtutis ratio sit, ut amplissimam sui
mercedem ipsa in sese propositam habeat, nul=
lusq' illius fructus possit aut major aut pre=
stantior existere, quam qui positus in ipsa

est

eſſ, id adeo conſtat, cum ij qui incitati natu=
ra ad Studium virtutis sunt non modo ab ea,
si nullis præmijs ornentur, non deficiunt, sed
etiam ultra vitæ ejus gratia ad quatumvis ma=
xima pericula offerunt. Existimarunt tamen
prudentes homines, ita demum plures Secta=
tores ejus fore, si quam ampliſsima illius præ=
mia proposita essent atque si ad illius studia
quæ hominum animis ingenerata sunt, ac=
cesiones etiam premiorum, velut stimuli qui=
dam adjungerentur, siquidem natura compa=
ratum est ut homines tum laude tum etiam
utilitate propoſita vel ad summa et ardua
quæque facillimi contendant. Itaque etsi
illud quidem finem perpetuumque est nullam
majorem invitationem ad virtutem esse, quam
ipsam virtutem, tamen ut quam plurimum
ad eam incitentur, in omnibus bene constitutis
Rebuspublicis præposita quam ampliſsima ejus
præmia semper fuerunt. Hinc præter cætera il=
lius ornamenta, existunt honorum tituli, huic
Nobilitatis gradus, ad quos homines virtute
sibi aditus et ascensus patefaciunt. Ut cum
antea pari cum cæteris natura conditione orti
essent deinde virtutis commendatione et velut
prærogativa ali illius excellere incipiant. In=
ter omnes autem virtutes quibus unquam
summi honores tributi fuerunt, præcipua
semper virtutum bellicarum laus extitit. Itaq
hosce præsertim honores, qui ejs virtutibus pa=
rantur ab omnibus maxime appeti, huic

<u>nominis</u>

nominis huic laudis suæ majorumque suorum
originem cunctos duxere; neque id immerito, etc=
nim cum ipsum per se magnum et laudabile
est pro Principum suorum dignitate, proque Pa=
triæ salute, propriam salutem in discrimen mit=
tere, atque se periculis obijcere non dubitare,
tum multas propterea summorum Officiorum
et virtutum laudes conjunctas habet, quæ end=
constantiæ et fortitudinis quæ pietatis quæ prom=
pti animi, quæ fidei vel in Principes suos vel
in Patriam aut majora aut certiora clariorag
cujusque officia existere possint, quam ea qui=
bus salus vitaque propria impenditur? Quid
autem gravius aut illustrius illis ad gloriam
existere potest. Itag eis quorum studia in hisce
virtutibus præstitarunt, summa in omnibus rebus=
publicis honorum præmia semper proposita erat.
Quod idem usitatum Majoribus Nostris fuit, qui
cum omnium virtutem sibi ordinandam estol=
lendamg statuerent, tum imprimis eorum quo=
rum in rebus belliis in se, atque in Rempbam
fides et Officium constitisset, id adeo cum sin=
gulorum ex Ordine Equestri nominis memoriæ
tum universi ordinis dignitas et ornamen=
ta legibus Patrijs constituta non obscure testan=
tur. In quo Nos eorum exempla libenter sequi=
mur atque in eos qui virtutem Nobis fidemq
suam probaverint benignitatem et gratiam No=
stram testatam esse comprimis volumus. Cum
itaq Petrus Laurentius Wierzijeski Subditus
nostr parentibus esse mediocri fortunæ condi=
tione atque Civili sorte usis, honestis tamen

atque

tamen atque in officiis, multorum magnorumq́
hominum testimonio et commendatione lauda=
tis natus esset ipse autem ab ineunte confestim
etate ad non nullos Primores Aule Nostre vene
contulisset, eorumque obsequijs obeundis, ita illis
officium fidemque suam probavisset, ut pruden=
tissima eorum judicia ac testimonia virtutis pro=
bitatisque sue referret, cum ve in omni virtute
prestitit, ut quam fidei atque officij commen=
dationem, opinionemque sibi pridem paraverat,
eam non modo tueretur, sed cumularet etiam
augeretque. In ditionibus etiam nostris ac alijs
externis Dominijs in rebus bellicis fideliter ac
strenue ita se gessit, ut sempet, tum ad Nobili=
tatem tum ad summos honores aditus virtuti
illius patuerint. Itaque ne eo tot vel nature
vel studij virtutes fortuna injuria diutius in
obscuro jaceant, atque ceterorum ad similem
virtutum imitationem studia tardentur, faci=
endum Nobis putavimus, ut eum ipsum Pe=
trum Laurentium Wierzbiewski ejusque Poste=
ros legitime descendentes sexus utriusq́ pleno
Jure Regni in Ordinem Equestrem asscribere=
mus. Quod cum constitutum Nobis esset Vene=
rabilis Raphael Wargawski Prepositus Cra=
vien Wladislavien Sendomirienque Custos Se=
cretarius noster et Thesauri nostri Notarius
presens cum in familia sua insigne coopta=
vit, atque supplicavit Nobis, ut eam cooptati=
onem firmam ratamque haberemus. Itaque ad=
scribimus eum supraimemorata familia ac ei

nomi=

damus

damus illius arma, quæ vulgo Loliæ nuncupantur, Lofam nempe albam tribus nemoribus circumdatam in campo rubeo insidentem, supraquam erecta galea existit, quisdemque vertiem rosa Rubea duobus Nemoribus circumdata complectitur, ita uti præsenti pictura proponitur inspiciendum. Quibus quidem Insignibus Nobilis hic Petrus Laurentius Wierzüewski posterique ejus et Publicæ et privatim utentur, ut cæteri qui Equestris Ordinis locum a Majoribus suis sibi relictum obtinet, ad quem eundem ordinem illum posterosque ejus legitimos integro jure Regni nostri per præsentes Literas adscribimus, concedentes ei posteris ejus jura Privilegia immunitates prærogativas quibus cunq; Nobilitas Regni nostri Serenissimorumq Regum majorum Nostrorum beneficijs atque virtute sua quæsitis utitur. Tribuimusque illis par atque æquale cum universa Nobilitate nostra jus Regni ita ut in judicijs et actionibus tam forensibus quam privatis muneribus functionibusque publicis officijs honoribus Dignitatibus Spiritualibus et Sæcularibus, Denique in omnibus quæ vel publicam vel privatam rem attingunt, ita uti jam authoritate nostra decretus illi Nobilitatis honor est pro Nobilibus habeantur. Quod universis et singulis cujuscunque status gradus aut conditionis, Præsertim vero ijs, qui Equestris ordinis sunt, Subditis Nostris denuntiamus mandantes, ut Nobilem Petrum Laurentium Warzüe ski ejusque legitimam Posteritatem pleno

jure

jure Regni Nobiles agnoscant habeantque,
atque eos se erga illum in omnibus Negotijs
tum publicis tum privatis præstent, quos erga
cæteros Regni nostri Nobiles; In quo tamet=
si confidamus quemque officio suo usurum
esse futurumque memorem quod initium
Majoribus suis Nobilitatis extitit, idem his
quoque existere et in quo primum loco quæstus
ab eis sibi posteritatique suæ nominis honos
est, eodem ab illis quoque partum esse, at nihi=
lo sane minus in majores suos qui eis No
bilitatem, quique ornamenta hæ quibus ju=
re Regni fruentur, ab se parta reliquerunt,
atque adeo in seipsos injurij fuerint, qui lau=
di quiq; nomini ejus quicqm obtrectare conen=
tur, tamen ne quis importunitati aut ma=
levolentiæ cujusqm in eo carpendo locus sit,
ski obligaverunt se sibi invicem cum suis Suc=
cessoribus eadem in omnibus punctis et con=
ditionibus, articulis, perpetuis temporibus
tenere et inviolabiliter observare, sub vadio Du=
orum millium florenorum pecunie mone=
te et numeri Polonicalis parti tenenti per Par=
tem convenienti irremissibiliter ad solvendum
succumbend. Pro quo vadio aut aliquo premis=
sorum, si aliquis eorum aut Successores ipso=
rum se eitare permiserint ad Judicium terrestre
sive Castrense cujuscunque terre et Districtus Re=
gni nostri Ducatuumque Masovie et Prussie
tenebunt invicem Successores suos obligant
pro termino primo peremptorie comparere, in
eodemque termino vadium illud solvere, ac
commutationi presenti et in ea omnibus
contentis satisfacere toties quoties opus fuerit,
nulla re exquisita vel colore excogitato, termi=
num peremptorium. Solutionem vadij et sa=
tisfactionem commutationi huic et in ea
omnibus Contentis evadend abrenuntiand se
jam, etnunc cum Successoribus suis omnibus

juris

juris remedij vel facti nec non exceptio=
nibus diffugijs legalibus impedimentis Dila=
tionibus applanibus motionibus et id genus
alijs Deffensionibus juridicis et extrajudicijs to=
ties quoties alicui et eorum Successoribus le=
gitimis necesse fuerit, suo sub amissione causæ.
Quibus omnibus et singulis premissis in pre=
senti inscriptione contentis specifice et gene=
raliter descriptis se et Successores suos ad ea
omnia et singula complend submittunt, dese=
ctibus presentis inscriptionis citatione ejusq
position condemnatione nec non processu
juris quocunque juris gradu minime ob=
stand inter se. Quamquidem recognitionem de
consensu nostro sic per ipsos factam modo
premisso Nos ratam et gratam hab end, eam
in omnibus punctis et articulis approbandam
et confirmandam duximus prout confirma=
mus et approbamus presentibus roburque
debitæ firmitatis habere decernimus in cujus
rei testimonium Sigillum nostrum presen=
tibus est appensum Datum Varsavie Die
15 Septembris Anno Domini MDLVIII. Re=
gni nostri XXIX.

Relatio

Advitalitas Nobilibus Re=
ptis

phie Anne et Catarine Nobilis Joannis
Volbus Filiabus super villam Legiam Ba=
chawia in Capitaneatu Camenecen villam
quam jure vitalitio Pater illarum obtinet data.
Ea tamen conditione, quod liberum erit Legiæ
Majestati prædictam villam de manibus ea=
rundem si necessitas aliqua postulaverit redi
mere. Litere in forma Cancellarie extradite.
Varsaviæ Die X Septembris MDLVIII Legni
nostri XXIX.

Relatio.

Consensus Nobili Nicolao Za=
ludzkowsski Advocatie in Villa
Brzezie ad Capitaneatum Costinen perti=
nen Tenutario, ut possit in ea summa quam
in prædicta Advocatia inscriptam habet Nobi=
li Sophie Zaludzkowska Uxori sue Legitima
donationem propter Nuptias sive contra dotem
et reformationem facere. Eidemque Sophie Za=
ludzkowska super prædictam Advocatiam in
villa Brzezie advitalitas. Litere in forma
Cancellarie extradite loco Die et anno quibus
supra

Relatio

Confirmatio Literarum erectio=
nem

nem seu dotationem Mansiona=
riorum Colen Ecclesiæ Sanctæ Cru=
cis in se continen.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis quorum in=
teresse universis, tam ijs qui nunc sunt, quam
qui postea futuri sunt. Exhibitas esse Nobis
Literas in pargameno scriptas, sub titulo et si=
gillo Reverendissimi olim Joannis Archiepiscopi
Gnesnen et Primatis Regni emanatas, erecti=
onem seu dotationem Mansionariorum Co=
len Ecclesiæ Sanctæ Crucis et Beatarum Catha=
rinæ et Dorotheæ virginum in se continentes,
sanas salvas et integras nullaque in parte su=
spectas nec vitiatas. Supplicatumque est No=
bis per certos Consiliarios nostros pro eisdem
Mansionarijs de Oppido nostro Colo, ut Literas
præfatas omniaque in eis contenta authori=
tate nostra Regia innovare approbare confir=
mare et ratificare dignaremur Quarum te=
nor de verbo ad verbum sequitur et est talis:
In nomine Domini amen. Nos Joannes Dei
Gratia Sanctæ Ecclesiæ Gnesnen Archiepiscopus
et Primas. Ad perpetuam Rei memoriam. Quum
sit gloriosum et Deo gratum omnique accepti=
on et cœlesti mercede dignum Prælationis officio
proditis cultum Divini nominis adaugere et
animarum immaculati agni pretioso sangui=
ne redemptorum saluti posse terenus providere.

Cum

Cum omnis creatura in Laudem sui Creatoris
se vicissim excitant, et modis quibus valent
assurgunt, Propheta testante, omnis spiritus
laudat Dominum, Profecto libenter ijs summo
studio intendimus, qui Deus gloriosus ab eis,
qui in sortem Domini vocati sunt, et quorum
ipse Deus sors est, dignus laudetur in Sanctis
suis vocum multiplicitate, ut sic ad Devotio=
nem et Laudem sui Redemptoris populus in=
vitetur Christianus, Cultus Dei crescat et salus
animarum promoveatur. Proinde Significamus
tenore presentium quibus expedit universis
presentibus et futuris presentium notitiam
habituris; Quomodo Magnificus Dominus
Joannes Kinicia de Logow Castellanus Sendo=
miriens Frater et amicus noster Dilectus cu=
piens pijs operibus quibus Jesus Christus
cui ipse Pater vivorum et mortuorum tradidit
judicium et qui in solio suae Majestatis residens
unicuique reddet juxta opera sua placatur et
propiciatur, Diem exitus sui provenire, ac se=
cui commercio terrena pro Celestibus commu=
tare. In molendino magno dicto Walach
tres Rotas habend tertiam mensuram brase=
orum quorumcunque omolumentorum
grani singuli, nec non Walkmium in quo
pannum tunduntur alias soluss. similiter
tertia parte pecuniali ante Oppidum Kole
in terris majoris Polonie in Districtu Coni=
nen sit, pro molendinatore et Haeredibus

molendini

molendini et Walkmin prefatorum de jure
et antiquitus spectand et obvenient, Per ipsum
Magnificum Dominum Hincza Castellanum
Sendomirienſem prefatum pro certis et Dignis
summis Pecuniarum apud Molendinum dicti
Walach et Walkmin memoratum veros et
legitimos Heredes empti et soluti pro septem
mansionarijs in Ecclesia Parochiali Colend ad
decantand Horas sive cursum Missasque ad
Honorem omnipotentis Dei et Laudem Be=
atiſsimæ virginis Mariæ Sanctæ Crucis,
de Sanctorum Catharinæ et Dorotheæ virgi=
num instituend, nec non omnibus in solidum
et nulli eorum per se piscinam in loco nun=
cupato Babi, inter Trianſniowo et Wako=
wy villam villas, quam de Literis Sereniſsi=
mi Domini nostri Domini Kazimiri Dei
Gratia Regis Poloniæ Magni Ducis Lithua=
niæ Russiæ Prussiæque Domini et Heredis
et Domini nostri gratioſiſsimi ad certa pia
opera et ubi placuerit convertere. Ita late
longe, prout in Literis Regalibus latius con=
tinetur et est expressum, inundantem mon=
straverit habere facultatem dedit, donavit,
ac cum omni jure Dominio et Proprietate
et alias prout ipse Dominus Castellanus
prefatus jure hereditario de molendino
magno mensuram tertiam braseorum et
aliorum emolumentorum nec non Wal=
kmin tertiam sortem obvenient. Areamque

inter

inter Domum Plebani ab una et Stanislai Sto=
jarek Oppidani parte ab altera circa Fluvium
Warta versus Balneum current et ex opposito
Ecclesiæ Platea mediant sint, pro Domo et Ha=
bitatione unanimi ac communi prædictorum
Mansionariorum fienda et construenda tenuit
habuit et possedit, nihil penitus pro se et suis
legitimis Successoribus ibidem proprietatis et
Dominij pro reservand aut quomodolibet ex=
cipiend perpetue et in ævum resignavit et
condescendit. Cujus Donationis et resigna=
tionis Litera sequitur in hæc verba. In No=
mine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam ne ea, quæ inter vivos gerun=
tur ab hominum memoria labantur tem=
porum decursu, necesse est ipsa literarum mu=
nimine roborari. Proinde Nos Stanisza de Lo=
gowo Castellanus Sendomirien et bonorum
Colo jure Hæreditario Possessor. Significamus
tenore præsentium quibus expedit universis
præsentibus et futuris. Quomodo cultum Di=
vinum in Ecclesia Parochiali Sancte Crucis,
et Beatorum Catharinæ et Dorotheæ Vir=
ginum in Colo adaugere toto desiderio cupien,
nec non de bonis Nobis a Domino Deo col=
latis nostræ animæ et nostrorum Prædecesso=
rum salutari subvenire anheland, totam ter=
tiam sortem seu mensuram brasei, et ali=
orum omnium emolumentorum singuli gra=
ni molendini magni dicti Walach tres

rotas

rotas in se haben et etiam tetam tertiam
sortem pecunialem Waltmin alias soluss
ante oppidum Colo sit pro molendinatore et
hæredibus molendini et Waltmin profato-
rum de jure et antiquitus spectand per Nos
certis Summis pecuniarum apud veros et le-
gitimos ejusdem molendini magni et Wal-
kmin Hæredes empt et soleit pro mansiona-
riis in eadem Ecclesia Colend Dei juvamine e-
rigendum et instituendum dedimus et donavi-
mus presentibusque damus donamus et con-
descendimus perpetuis temporibus et in a-
vum nihil juris Dominij et proprietatis No-
bis et Nostris Successoribus legitimis penitus
in eisdem reservand, una cum piscina in loco
nuncupato Babi inter Transniowo et Wa-
towy villas sitt. cum ipsius piscaturis et
inundationibus ejusdem prout Litere de-
super ostendunt Legales ac aream inter
Domum Plebani ab una et Stanislai Stoja-
nek parte ab altera circa fluvium versus
Balneum Curred et ex opposito Ecclesie
platea mediand sitt pro Domo communi
profatorum Mansionariorum construend
simili donatione perpetue dat donat.
Molendinumque magnum et Waltmin
profat et ipsorum omnia emolumenta
et proventus in tuitionem et regimen re-
formationem et manutentionem, Provi-

dorum

dorum Proconsulis Consulum et totius com=
munitatis Civitatis prædicto Colo præsentium
et futurorum, damus, conferimus, et committi=
mus per præsentes per ipsos et ipsorum Suc=
cessores perpetuis temporibus regendum gu=
bernand. Qui quidem Proconsul Consules totag
Communitas Civitatis præfatæ pro tempore
existentes dictos Mansionarios de emolumen=
tis et proventibus dictarum sortium justa in=
scriptionem ipsorum stipendiare et solutionem
facere aliaque omnia et singula adimplere tem
poribus perpetuis debent et tenebuntur. Re=
tione quorum cure tuitionis regiminis et re=
formationis ac provisionis dictorum Man=
sionariorum, gubernationisq' molendini
magni et Walkmin præfatorum, Jus Pa=
tronatus dictorum Mansionariorum morte
nostra subsecuta, ad Advocatiam eorum
cum omnibus Proventibus et utilitatibus
ad eandem quomodolibet pertinen, in villa
majori Opiek per Nos emptam et solutam
præfatis Proconsuli Consulibus et toti Com=
munitati Civitatis præfatæ Colo pro in=
cremento et melioratione ejusdem Civitatis
communi damus donamus condescendimus
et perpetuis temporibus incorporamus. In
cujus rei testimonium Sigillum nostrum
præsentibus est subappensum. Datum in

Colo

Colo feria quarta ante Dominicam Miseri=
cordie Domini Anno Domini Millesimo qua=
dringentesimo Septuagesimo Primo, Presentibus
ibidem Generosis Dominis Ioanne de Priebore=
wize, Michaele Burgrabio Colend, et Stani=
slao de Klomize testibus ad premissa. Dein=
de Majestatis Regie consensus et admissio
Resignationis super donatione et resignatio=
ne predictorum tertie videliet sortis Moleri=
dini magni et Walkmin et quemodolibet
premissorum sequitur et est talis. In No=
mine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam ne error oblivionis gestis
sub tempore versantibus pariat detrimen=
ta, Alta Regum et Principum decreverunt
Consilia, Ea Literarum apicibus et testium
annotation perhennare. Proinde Nos Ka=
zimirus Dei Gratia Rex Polonie nec non
terrarum Cracovie Sendomirie Siradie Len=
cicie Cuyavie Magnus Dux Lithuanie Rus=
sie Prussie Culmen Elbingen et Pomeranie
Dominus et Hæres. Significamus tenore pre=
sentium quibus expedit universis presen=
tibus et futuris harum notitiam habitu=
ris. Quomodo considerantes et in animo re=
volventes quantis et qualibus erga nostram
Regiam Celsitudinem et Regnum Magni=
ficus Hieronimus de Logow Castellanus Sendo
miriens syncere dilectus constanter ex arseni

desiderijs

desiderijs et pleno Studio indies exardescit; cer=
ta bona nostra suis sumptibus exempta
pro nostro incremento utilitatis conver=
do. Cupientes itaque ut horum et respectu
nostris Legijs, prærogativis, uberioribusque
prosequantur favoribus ad instantem justam
ipsius Hinize, Oblatam, Nobis et in nostro=
rum Prælatorum et baronum Regni nostri
Consiliariorum petitionem præsentia. Eigue
tenquam justæ et rationi consona de no=
stra benignita Regia prefatorumque Re=
gni nostri Consiliariorum scientia annuen,
ipsius Hinize tertiam sortem sive portio
nem molendini majoris dicti Walach et
etiam tertiam sortem Walkmin alias
Foluusz, in oppido nostro Legali et alias
extra ipsum oppidum consisten, quam a=
pud nonnullos ejusdem tertis partis Mo=
lendini et Walkmin veros et Legitimos
hæredes, nostro sibi ad id speciali consensu
accedente, jure hæreditario et in titulum
hæreditarium cum omnibus utilitatibus
censibus, emolumentis, attinen, et pertinen
generaliter universis emit, possidendum te=
nendum et in usus beneplacitos conver=
ten, justa tenorem nostrarum Literarum
super ejusmodi emptionem sibi datarum ple=
nam et omnimodam facultatem et po=

testatem

testatem ad certa et pia Ecclesiarum opera
dandi appropriandi donandi incorporandi
et adjungendi dedimus et largiti sumus, ac
indulsimus damusque largimur et indul=
gemus tenere presentium mediate, presen=
tibus perpetuo duraturo, ita tamen quod pra
latus Hinrica Castellanus ejusmodi tertiam
sortem Molendini Walkmii prefati cum
omni ejus utilitate et proventu Ecclesijs sive=
cuicunque Ecclesie, ibidem in Colo donare ap=
propriare et adjungere presentibus habebit
facultatem, nostro et Regni Statuto contrario
non obstante. Juribus tamen nostris et servi=
tijs ad Castrum nostrum ibidem in Colo ab
antiquo pertinen per omnia salvis. Ita=
rum quibus Sigillum nostrum est appensum
testimonio Literarum. Actum in Conventio=
ne Generali Piotrkovien ipso Die Sancti
Clementis Anno Domini Mille=
simo quadringentesimo Septuagesimo.
Presentibus Reverendissimo et Reverendis
in Christo Patribus Dominis Joanne San=
cte Ecclesie Gnesnen Archiepiscopo et Prima=
te, Joanne Cracovien, Jacobo Wladislavien,
Andrea Posnanien Episcopis, nec non Ma=
gnificis et Generosis Luca de Gorka Posna=
nien Joanne de Pileza Cracovien, Nicolao
de Kuthno Sandomien, Joanne de Koscielec
Juniwladislavien et Stanislao de Hoteez
Lupsio

Russie Palatinis. Ioanne Jaremba de Kali-
niowa Siradien, Andrea de Kietkow Brze-
sten Castellanis, Ioanne de Lithuriani Re-
gni Poloniæ Marschalco et alijs Plurib⁹ Di-
gnitarijs et Officialibus testibusque fidedignis.
Datum per manus Venerabilis Alberti de Zi-
chlin Custodis Sendomirien Gnesnen Cra-
vien Wladislavien et Posnanien Ecclesiarum
Canonicis syncere Nobis Dilecti. Ad relatio-
nem præfati venerabilis Alberti De Zichlin
Regni Poloniæ Vicecancellarij. Litera vero vum-
missionis gubernationis melioritionis de-
fensionis et protectionis dicti molendini Da-
lach Civium de Colo sequitur et est talis.
In nomine Domini amen. ad perpe-
tuam rei memoriam. Quoniam quæ fiunt
in tempore simul cum Lapsu temporis vo-
lent abolere, necessarium igitur est, ut fir-
mis scriptis et Sigillorum monumentis
si provehi dent, ad notitiam futurorum,
roborentur. Proinde Nos Jacobus Kuiatko-
wski Proconsul Andreas Larnicz, Stanisla-
us Faber Martinus Gawin, Joannes Lymarz
Consules et tota communitas Civitatis Kolo.
Significamus et recognoscimus tenore pre-
sentium, quibus expedit universis, pre-
sentibus et futuris præsentium notitiam
habituris. Quomodo in augmentationem
Laudis Divinæ ferventius aspirantes et

ad vota

ad vota Magnifici Domini Hineria de Lo-
gow Castellani Sendomirien. Cujus Magni-
ficentia de Bonis sibi a Deo Collatis animæ
salubriter suæ provident, molendinum dictum
Valach tres Rotas in se habens ad Walkmin
prædictorum alias folliisch ante Civitatem
Colo sitt et ipsorum Molendini et Walkmin
prædictorum totam tertiam sortem seu men-
suram quomodolibet ex eisdem provenien,
antiquitus, Molendinatorem spectand in tui-
tionem gubernationem melioratione re-
formationem et provisionem recepimus et
suscepimus per Nos et Nostros Successores
perpetuis temporibus gubernandum, ita
tamen quod de tertia sorte seu mensura Mo-
lendini Magni Brasei et alijs emolumen-
tis cujuslibet grani et Walkmin tertia Porte
pecuniali ses Marsionarijs per ses marcas
et septimo eorum Procuratori septem marcas
et Ecclesiæ Parochiali ibidem in Colo Sanctæ
Crucis et Beatorum Dorotheæ et Catharinæ
virginum, duodecim marcas pro ejusdem
Ecclesiæ restauratione reformatione et melio-
ratione singulis annis pro quolibet Festo
Beati Martini dare solvere stipendiare, et
temporibus perpetuis tenebimur procurare.
Sig' contingat qp emolumenta ac Proventus
tertiæ prædictæ sortis seu mensuræ molendini
Magni et Walkmin ad majorem summam
pecuniæ, quam ut præscriptum est se extenderint,
præsentibus g' acceptamus et suscipimus=estune

ertunt Nos et Nostri Posteri de prefatis excre-
scentijs pro cera ipsis Mansionarijs ad divina
officia celebranda unam marcam pro lignis ad
necessitatem ipsorum communem comparand,
unam marcam pro uno, unam marcam et
pro Clerico qui Clenodia ornatus ceteraque ap-
paramenta ipsis Mansionarijs Donata con-
servabit et attentabit ipsisque ministrabit u-
nam marcam dare tenebimur et nostri Posteri
perpetuis temporibus tenebuntur, et hoc dum
et quando ut profertur, ad tantam summam
tales se extenderint excrescentie. Ceteras autem
excrescentias, si qua fuerint ultra omnia pre-
scripta pro ornamentis altariorum et Sacerdo-
talium indumentorum ceterisque apparamen-
tis ipsis Mansionarijs pro Laude Divino opor-
tunis, ad aliaque pia opera pro salute anime-
memorati Domini Castellani Pendomirien con-
vertere et ordinare nostris usibus de dictis
tertis mensure emolumentis Molendini et
Valkmin sub onere nostrarum conscientiarum
et nostrorum Successorum nihil applicando de-
bebimus, et sequaces perpetuo debebunt Aliaq
omnia et singula que in erectione ejusdem Man
sionaris continebuntur complere et in effectu
deducere, sub onere nostrarum conscientiarum
et censuris Ecclesiasticis perpetuis temporibus
tenebimur obligamur. Nosque submittimus per
presentes et nostros Successores. Latione cujus

cura

cuse nostre et nostrorum Successorum gu=
bernationisque et tuitionis dicti Molendini
et Walkmin prefatus Dominus Castellanus
Jus Patronatus Mansionariorum predictorum
morte ipsius subsecuta, et Advocatiam es=
nunc in villa majori Opiek ipsius pecuniis
emptam et solutam cum omnibus ipsius uti=
litatibus et proventibus Nobis et nostris Suc=
cessoribus pro incremento et melioratione to
tius Civitatis nostre Culmensis dedit, donavit,
incorporavit et perpetuis temporibus con=
descendit. In cujus rei testimonium Sigillum
Civitatis nostre presentibus est subappensum.
Datum et Actum in Colo feria quarta ante
Dominicam Misericordia Domini anno Do=
mini Millesimo quadringentesimo Septua=
gesimo primo. Cui quidem Magnificus Domi=
nus Lineza de Lozow Castellanus Culmen=
rien. prefatus, debita Nobis cum instantia sup=
plicavit, quatenus Mansionarios sive locum
Conventualem Secularium Clericorum ad
honorem omnipotentis Dei, ac in laudem in=
temerate virginis Marie genitricis sive San=
cte Crucis, nec non Sanctarum Catharine
et Dorothee Virginum in Ecclesia Parochiali
in Colo creare fundare et erigere ac Mansio=
narios sive Prebendarios perpetuos in pre=
fatis proventibus de dicta sorte sive terris
mensura molendini predicti et Walkmin
eorumque proventibus dotatos et stipendi=
atos

atos instituere et investire, ac articulos or=
dinationes oneraque eisdem impositos et im=
posita approbare, ratificare, et confirmare, di=
gnaremur, et perpetuare. Nos itaque Ar=
chiepiscopus qui in propagatione et auctione
cultus Divini intensis delectamur desiderijs,
Devotionem memorati Domini Alneza Ca=
stellani in Domino plurimum commendan,
votisque ipsius utpote justis et rationi conso=
nis annuend et condescend considerand præser=
tim q liet Deus Gloriosus in Sanctis et Ma=
jestate sua cunctos electos suos magnifiet
et altis decoret honoribus, super omnes tamen
ipsam benedictam Genitricem Mariam spē
veram Salutis nostre et advocatam singula=
rem uberioribus virtutum adDollit insignijs
ac negotiorum excellentia commendat mul=
torum, horum intuitu habita prius delibe=
ratione sufficienti et matura et quod dicta
tertia mensura Molendini prefati et Walkmin
sufficiens est ad fovendum et conservandum
in suis proventibus et emolumentis Mansio=
narios prefatos aut Collegium Mansionario=
rum et Locum Conventualem Secularium
et Clericorum, citatis prius ad certam diem
et peremptoriam his, quibus interest, intererit
seu interesse poterit ad nostri præsentiam in
curiam ipsorum, Christi nomine invo=
cato creavimus facimus fundavimus et e=
rexim̄us præsentibusque creamus facimus
fundamus

fundamus et erigimus sex Mansionarios
perpetuos, sive equales Prebendas, ses vide-
licet marcarum pecunie in Regno curren, et
septimum sive septimam Prebendam in septem
mara similiter perpetuum ratione sui officij
et cure infra descriptos quadraginta octo gros-
sos marcam in quamlibet computando, Con-
sus annui habend in ipsis proven et emolu-
mentis tertie mensure molendini supradicti
et Walkmin prefatorum per ipsos septem Man-
sionarios tollendis levandis et percipiendis,
una cum piscina in loco nuncupato Baby
inter Trebsniowo et Wakowy villas sitis
preter census annuos, omnibus in solidum
et nulli eorum seorsum in commune per
memoratum Dominum Sendomirien, Pere-
nissimi Domini Regis et ipsius Domini Lin-
era Castellani Sendomirien, earum datam
donatam et assignatam per ipsos Mansionarios
et eorum quemlibet cum ejusdem Piscina in-
undatione piscatura et omni jure ac Dominio
tenend habend et perpetuo possiden pacifice et
quiete, decernend q eorum et perpetuo ipsa ter-
tia sors seu mensura molendini prefati et
Walkmin cum suis proventibus et emolu-
mentis universisque pertinentijs et piscina
prefata omniaque et singula presentibus
inscripta Ecclesiastice subjacent libertati et
denique Ecclesiastici sunt. Quiq pro proven-
tibus et emolumentis dicte tertie mensure

molendini

molendini præfati et Walkmin censibus
ipsis Manſionarijs inscriptis et ipſorum repe=
tition per Manſionarios pro tempore exiſten,
quoties cenſitæ Tutores gubernatores et re=
ctores infrascripti præfatæ tertiæ menſuræ
prædicti molendini et Walkmin in ſolutio=
ne eorum negligentes fuerint, vel remiſsi, aut
dum Poſſeſsionem eorum per quempiam fuerit
contrabentum, ad forum Iuris Eccleſiaſtici
habeatur recurſus. Volumus etiam, quod dicti
Manſionarij de Collegio et gremio ipſorum
unem quem magis idoneum cognoverint,
qui mores diſcrepant reformare debebit in his
maxime quæ cultum divinum respiciunt, ut
in Choro et cantu ac Domo et alijs debite recep=
lentur, qui septem marcas ratione suæ præſi=
dentiæ et curæ levabit. In precentem seu
ipſorum eligant aut in prædictis obediant,
et intendant. Volumus inſuper et decerni=
mus, q dicti Manſionarij Rectori Eccleſiæ
ibidem in Coro debitum et licitum honorem
impendant, Rectorque Eccleſiæ præfatæ, ut in
antea animas sibi commiſsas cum vicarijs suis
regat paſcuat et gubernet. Manſionarios au=
tem memoratos ab ipſius Eccleſiæ præfatæ Co=
lend Rectoris ditione servitijs et curis, quæ
per Rectorem Eccleſiæ et ipſius Vicarios circa
animas sibi commiſsas compleri et conſuei
solita sunt et fuerunt, præſentibus facimus
perpetuis temporibus liberos et exemptos. Sed

ne dicti

ne dicti Manſionarij circa regimen, guberna-
tionem et manutentionem prefati magni
molendini Walach et Wallachin tertiæque
menſuræ vice partis proventuum et emo-
lumentorum ejusdem occupati et Secula-
ribus negotijs implicari videantur. Dictus
Dominus Stinza Caſtellanus Sendomirien
Provisis Provenſuli et toti communitati pre-
sentibus et futuris Oppidi Colo prefatum
Molendinum magnum et Walkmin in ipso-
rum tertiam ſortem seu menſuram cum
omnibus proventibus et emolumentis ea
eadem tertia ſorte et menſura provenien
et quomodolibet ſpectand, in tuitionem pro-
tectionem regimen melioracionem et reforma-
tionem dedit, donavit, et aſſignavit, preſen-
tibusq dat, donat, committit, et perpetuis tem-
poribus aſsignat tali conditione expreſsa: Quod
dicti Provenſul conſules et tota communitas
Oppidi prefati Colo de dicta menſura tertia
et ipſius Proventibus et emolumentis prefati
molendini Magni et Walkmin ser Manſio-
narijs cuilibet ipsorum seorſum per ses mar-
cas cenſus annui pecunia curent quadragin-
ta octo groſſos in quamlibet marcam com-
putando, Septimo vero Precentori, seu ſenio-
ri ipſorum ratione ſui cura et ordinis et Eccle-
ſiæ Colen pro ipſius reſtauratione neceſsarijs
et melioratione, per duodecim Marcas ſingulis
annis pro quolibet feſto Sancti Martini sub
cenſuris Eccleſiaſticis cum ipſorum Succeſsoribus

dare

dare et solvere realiter et cum effectu perpe=
tuis temporibus debebunt tenebuntur et sint
astricti. Ipsumque regimen tutelam guberna=
tionem et curam Molendini magni et Wal=
kmin prefatorum Provisul cum Consuli=
bus Dicti Oppidi Colo plenariam potesta=
tem totius communitatis haben in presen=
tia nostri susceperunt et ad predicta facien
se obligaverunt per Literam suprascriptam.
Et quia tertia pars seu mensura dicti Molen=
dini Magni et Walkmin singulis annis non
de equali summa respondet, ideo dum et quan=
do emolúmenta cásu et proventus tertiæ men=
suræ molendini et Walkmin prefatorum ultra
summas Manssionarijs et Ecclesiæ ut premitti=
tur aspignatas excreverint, ad pluremave sum=
mam pecuniarem se extenderit, quodque e=
rit ultra reformationem et necessitatem ipsius
molendini et Walkmin. Extunc de hujusmodi
excrescentijs et superfluitatibus, ita statuimus
et ordinavimus. Quod dicti Provisul Consules
totaque communitas Oppidi prefati de di=
ctis excrescentijs, pro cera ipsis Manssionarijs
ad necessitatem communem comparandis
unam marcam, pro vino unam marcam, et
pro Clerico, qui clenodia ornatus ceteraque
apparamenta ipsis Manssionarijs largita
conservabit et attentabit ipsisque ministrabit
unam marcam singulis annis dare debebunt
Manssionarijs circa divina consumenda unam
marcam. Pro lignis ipsis=

et tenebruntur, et hor dum et quando ad hu-
jusmodi summam tales se extendant excre-
scentias. Cæteras autem excrescentias si quæ
fuerint ultra omnia præscripta pro orna-
mentis altarium et cæteris apparamentis
ipsis Manssionarijs pro Laude Divina opor-
tunis ad aliaque Opera pia committere et
ordinare suis usibus, de dictis tertiis mensu-
ræ emolumentis nihil applicando super qui-
bus ipsorum conscientias oneramus perpetu-
is temporibus habebunt facultatem per pre-
sent. Sed ne dicti manssionarij frustra se cre-
derent censibus et proventibus stipendiatos
suprad[ictis]. Et quia rationi esse congruum
dinoscitur, ut is sumedat in onere qui substi-
tuitur in honore, quia beneficia dantur pro-
pter officia et ut tanti beneficij per præfa-
tum Magnificum Dominum Hieron Castel-
lanum Pendomirien[sem] pie et misericorditer
pro anima sua Prædecessorumque et prossimo-
rum suorum salute exhibiti magis habeatur
et excrescat memoria, Volumus decernimusque
et ordinamus, q dicti manssionarij qui pro tem-
pore fuerint, officium de Assumptione be-
atæ Mariæ Virginis videlicet Matutinum Pri-
mam, tertiam, sextam, nonam, missam, Ve-
speras, completorium, ac Salve Regina, sin-
gulis diebus ferialibus. Dominicis vero mis-
sam de Sancta Trinitate et anniversalium
singulis annis semel duntaxat in anno vigi-
lias cum missa defunctorum in Ecclesia præ-

fata

fata, Divinis tamen Officijs per Lectorem
Ecclesiæ ejusdem dandum, servatis, per omnia
salvis temporibus perpetuis peragere perfi
cere et vore decantare sine agitatione debebunt,
et tenebuntur. Ita tamen quod Diebus Domi=
nicis et festivis post decantationem matu=
tinarum per Clericos seu Magistrum Schola
decantandarum, ipsi mansionarij statim
matutinum incipiant, et completo matuti
no et Laudibus cessent. Clericique missam
solitam maturam cantent. Post cujus com=
pletionem iterum mansionarij primam ter=
tiam, vestam, et nonam et denique missam
compleant, sine intermissione vesperas etiam
cum completorio in eisdem diebus festivis
et ferialibus ante decantationem Clericorum
compleant et decantent. Ferialibus vero die=
bus officium memoratum in toto more no=
stro Cisterc. et aliarum Ecclesiarum Lectoris
Ecclesiæ ejusdem contraria voluntate non ob=
stante perficiant et decantent. Et præterea
singuli mansionariorum prædictorum, Pre=
centore etiam, qui omnia, ut alij mansiona=
rij, perficere debebit onera, non excepto duas
missas singulis septimanis, unam pro defun=
ctis et aliam pro Peccatis, diebus quibus devo=
tionem habuerint, demptis solennibus et he=
bdomadis excepto legem et complere perpe=
tuis temporibus tenebuntur, super quibus
omnibus conscientias ipsorum volumus

habere

habere oneratas, Statuimus insuper q quili=
bet Mansionariorum predictorum Suppliciatus
Matutinum Horas Missas vesperas et comple=
toria decantet et processionibus interfit, Residen=
tiamque personalem et quotidianam circa
Ecclesiam predictam faciat; quod si aliquem ipso=
rum legitima et irrefragabili causa instigante,
ab ipsa Ecclesia abire contigerit indueias absendi
ab ipsa Ecclesia Præcentoris licentia habita dun=
taxat spatium trium mensium, volumus im=
partiri; alio vero, nihilominus qui pro ipso
omnia divina Officia complebit substituto. Qui
si intra sex menses ad locum beneficij redire no=
luerit, Patroni qui pro tempore fuerint, loco ipsi=
us alium Nobis aut nostris Successoribus insti=
tuendum licite potuerint, presentare ipsoque be=
neficio privandus erit, eo facto. Quod si forte
aliquem ex dictis mansionarijs casum aliquem,
propter quem merito in Curiam Romanam mit=
tendus esset, incideret, non nisi cum Nostra aut
nostrorum Successorum licentia a dicta mansionaria
abire debebit, qui neque suas, nec alienas causas
ibidem in Curia fovere presumat, alias eo facto
ut premissum est, beneficio privandus erit, sem=
per tamen, ut premissum est, alio Presbytero do=
neo loco sui substituto. Admittimus etiam dictis
Mansionarijs omnia officia divina ipsis impo=
sita, in formis Ecclesiæ predicto Colen per bene=
factores ejusdem Ecclesiæ constructis, et ebdo=
madarijs ipsorum missas ipsis constitutas, in
ornatibus, libris, calicibus, ceterisque appara=

mentis

mentis Ecclesiasticis per Dotatores ejusdem Ecclesie gratiosé largitis, ad magnum altare Rectoris Ecclesie, contradictione non obstante, absque tamen prejudicio ejusdem complere, perficere et perpetuo decantare, Similiterque singuli Mansionariorum dum Devotionem habuerint super altaribus Ecclesie et Altaristarum, absque prejudicio eorundem in apparamentis Ecclesiasticis missas legere praesentibus habebunt facultatem. Quod si forte memoratus Dominus Castellanus aut aliquis alius zelo devotionis accensus apparamenta, clenodia, libros, calices, et alia necessaria ipsis mansionarijs ob Salutem suarum animarum ordinaverit, extunc dicti Mansionarij apparatus et necessaria prædicta, in Sacristia seu Thesauro Ecclesie, in ipsorum cistis et Seraculis nostra presenti admissione conservabunt. Ut autem memorati mansionarij diligentiores se circa Ecclesiam prædictam Exhibeant, Beneficia eorum predicta, monocula esse volumus et statuimus decernendo: Quod quando aliquem ex ipsis mansionarijs aliquod aliud beneficium assequi contigerit, extunc Patroni eorum, qui pro tempore fuerint, alium Nobis aut Nostris Successoribus instituendum infra potuerint praesentare, Beneficiaque singulorum ipso facto volumus vacare. Pro negligentijs vero, quas si dicti mansionarij in completione praemissorum commiserint, pe-

na

na condigna justa Statuta ipsorum, super eo
condenda pueniuntur. Sed quia labor gravat
quem non sequitur premium, hujus intuitu
dictus Magnificus Dominus Hinera Castella=
nus Sendomirien prefatus Proconsuli Consu=
libus ac toti communitati Oppidi prefati Colo
et eorum Successoribus ratione ipsorum, cura,
Tutella reformationis et gubernationis dicti
molendini magni et Walkmin et ipsorum
tertia mensura dispensationis. Ipso abhac lu=
ce, deo volente, sublato, Jus Patronatus dictarum
Mansionariarum sive Prebendarum et Advo=
catiam in villa majori Opsiek suis pecuniis em=
ptam et solutam, cum omnibus Advocatiæ
ipsius utilitatibus et proventibus pro incre=
mento et melioratione totius communitatis
Oppidi prefati Colo dedit, donavit, incorpora=
vit et condescendit presentibusque dat, donat,
condescendit, et perpetuis temporibus incorpo=
rat per ipsos Proconsulem et Consules totam
communitatem Colen dictam Advocatiam te=
nen habend et perpetuis temporibus possiden=
dam. Ita tamen, q quotiescunque Mansiona=
ria predicta quoquomodo vacare contigerit
esturnt Proconsul et Consules et sui Successores
predicti Oppidi Colo personam idoneam in
omnibus ordinibus duntaxat constitutam, justa
ipsorum arbitrium, pure tamen propter Deum,
in quo conscientias ipsorum oneramus, nomi=
nare et eligere debent, quam sic nominatam
et electam Nobis et nostris Successoribus in
stituendam presentabunt. Quorum institutio=

nem

nem Nobis et Successoribus nostris reserva=
mus. Et ut hec premissa illibata et firma
permaneant et consistant. Omnia et singula
premissa articulosque conditiones, ordinationes,
voluntates clausulas et onera ipsis mansio=
nariis impositi, sive imponend et protestatu
dicte donationis liberaliter facte porrecta
et exhibita, superius descriptas admisimus
admittimus ac in omnibus conditionibus clau=
sulis et punctis approbamus ratifficamus et
confirmamus. Decernentes eosdem census
ac omnia et singula premissa Ecclesiastice
subjacere libertati. In quorum omnium
et singulorum fidem et testimonium pre=
missorum, presentes nostras erectionis lite=
ras de certa et expressa scientia nostra con=
cessas, datas, confirmatas, approbatas et
ratifficatas per notarium nostrum scribi pu=
blicari nostrique Sigilli appensione jussimus
et fecimus communi. Acta sunt hec in
Iwanowitze, Die Veneris Tertia Mensis Maij
Anno Domini Millesimo quadringentesimo
septuagesimo primo. Indictione quatuor=
decima. Sanctissimi in Chri=
sto Patris et Domini nostri, Domini Pauli
divina Providentia Papa Secundi. Anno ejus
septimo, hora tertiarum vel quasi in Castro
nostro Iwanowitze prefato. Presentibus ibi
dem Magnifico fratre nostro Domino Bar=
tholomeo Crasenynski Castellano Calliss ien

nec non

nec non Venerabilibus et Honorabilibus
Dominis Joanne de Lasin Cancellario, Bene-
dicto de Lopienno Archidiacono Pomeranie,
Andrea Dambrowski nostre Gnesnen, Stani-
slao Truspczynski Cuiavien, Nicolao Ostro-
wski et Laurisio Latwinski Calisien Eccles-
arum Canonicis circa premissa testibus. Ego
Joannes Nicolai de Przesieka, Clericus Posna-
nien Diocesis publicus Imperiali authori-
tate notarius. Et coram memorato Dno in-
Christo Patre et Domino Domino Joanne Dei-
Gratia Sancte Ecclesie Gnesnen Archiepisco-
po et Primate, facti hujusmodi Scriba. Quia
predictis literarum exhibitioni Mansionario-
rum erectioni, ratificationi, appropriationi,
incorporationi, subjectioni, aliisque omni-
bus et singulis, dum sic ut premittitur fierent
agerenturque, una cum prenominatis Te-
stibus, presens interfui, eaque omnia et
singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc pre-
sens publicum instrumentum manu alteri-
us Conscribe mei subscriptum, signo et no-
mine meis solitis et consuetis, consignavi, ac
Sigillo ejus Reverendissimi Domini Joannis
Archiepiscopi communivi, ex ejus speciali
mandato, In fidem et Testimonium omnium
et Singulorum premissorum. Hos itaque Si-
gismundus Augustus Rex prefatus, Supplic-
ationi suprascriptæ uti juste benigne annuen
Literas suprascriptas omniaque in eis conten-
ta et expressa autoritate nostra Regia in-
terfui. Eaq omnia et singula dum sic ut-
premittitur fierent agerenturq, una cum prenonatis testib-
novan
b

novam approbam, confirmam, et ratificam
dusimus, prout innovamus approbamus
confirmamus et ratificamus Literis hisce no-
stris, decernen eas vim et robur debitum ac
perpetuum obtinere debere, quod ut illis cer-
tius ac firmius foret Literas hasce Sigillo no-
stro obsignari mandavimus. Datum Varsa-
viæ Die XIII Septembris Anno Domini M-
DLVIII. Regni vero Nostri XXII.

Relatio Reverendi in
Christo Patris Domini
Joannis de Prerambs No-
minati Epi Chelmen
et Cni S. Secancellarij

Advitalitas Nobilis Joanni Ba-
rathinski, Generosi olim Petri Bara-
thinski Castellani Belzen et Capitanei Sambori-
en Filio minorenni super Advocatiam ville
Mokrzany ac villas ad eandem pertinen Schade
et Olszanik data, ea tamen conditione, q liberu
erit Regiæ Majestati præditam Advocatiam de
manibus ejusdem, si necessitas postulaverit, pro-
pria pecunia redimere. Litere in forma Cancel-
lariæ extradite. Varsaviæ Die XI Septembris An-
no ut supra

Relatio

Eidem, cui supra, et eodem tempore
similis

similis advitalitas super Advocatias: Kniastwa dictas, villarum Wysothie, Borynia, Botelka, Jablonow, in Capitaneatu Samborien sitarum data

Prærogative ea, quibus Civitas Sublinen fruitur, Incolis Civitatis Sublinensis sunt concessæ.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Facta humana quantumcunque memorabilia facile intereunt, nisi Literarum monumentis ab oblivione vindicentur. Quamobrem Nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dus Lithuanie, nec non Terrarum Cracovie &c. Significamus præsentibus Literis quorum interest universis, tam ijs qui nunc sunt, quam qui postea futuri sunt. Quod cum Incolæ Suburbij nostri Sublinen non ita pridem casu fortuito per inclementiam ignis in Structuris ædificiorum ac facultatibus suis non modico damno accepto nunc tandem in loco per Magnificum Stanislaum Comitem in Kenczyn Palatinum Cracovien et Sublinen, Belzen, Capitaneum voluntate nostra illis designato ædificia nova non sine magno sumptu extruxissent. Supplicatum pro parte illorum Nobis est, ut quas immunitates libertates ac prærogativas Civitas nostra Sublinen habet, illis etiam Incolis Suburbij Sublinen,

<u>uti per</u>

uti per nos liceat, Nos Supplicationi ejus=
modi adducti simul etiam studiosos ipsos ad
commodiora edificia extruenda promptiores
et alacriores reddere volent, quod sciamus edi=
ficia elegantia non parum commodi adferre
illi loco maxime ob frequentiam hominum
que Sublini pro Mundinis ac foris alijsque
quibusvis Conventibus plerumque maxima
confluere solet, Ipsius Suburbij Universis ac
Singulis Incolis ac inhabitatoribus liberta=
tes, immunitates, ac prærogativas, Civitati
Sublinen suis per Nos suis per Prædecessores
nostros gratiose concessas dandas, donandas,
et concedendas duximus, uti quidem damus, donam,
et concedimus præsentibus, ita scilicet, ut quas
prærogativas Inhabitatores Civitatis nostræ
Sublinen in omni mercaturæ et negotiatio=
nis genere exercendo, fororum annalium et
septimanalium celebratione, hospitium ex=
ceptione ac rerum in eorum usum necessari=
arum comparatione, artificiorum quorum=
vis mechanicorum exercitio, cerevisiæ, vini,
medonis, ac aliorum liquorum tum et panis
coctione ac propinatione, ac generaliter
alterius cujusvis modi victus ac amictus de=
centis acquisitione habent, ijs etiam omnibus
ac singulis, nullis exceptis, ita quod speciali=
tas hæc generalitati non deroget Inhibita=
tores suburbij Sublinen utantur ac fruantur,
utique ac frui possint secure, ac libere, tempo=

<u>ribus</u>

ribus perpetuis. Jurisdictione nihilominus ac superioritate Jra illos penes Consulatum seu Magistratum Civitatis ipsius Sublinen inte= gra manente. Quod omnibus et singulis quorum interest nominatim vero Capitaneo moderno ac pro tempore existentibus Capitaneis, nec non Provisuli cum Consulibus, totique Communitati Civitatis nostra Sublinen denuntiamus mandantes, ut prænominatos inhabitatores Suburbij Sublinen in eisdem Libertatibus prærogativis ac immunitatibus secundum præsentem ordinationem nostram conservent quibus Inhabitatores Civitatis Sublinen ad præsens utuntur et fruuntur, neq quicquam in contrarium Earum in eos statuere pro gratia nostra præsumant. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Varsavie D. XX Septembris Anno Domini MDLVIII. Regni nostri XXIX. Præsentibus quibus supra

Relatio ut supra

Stipendium annuum duentorum florenorum numeri et monete Polonicalium Generoso Ivanni Zelislawski Dapifero et Aulico nostro ex Thesauro Terrarum prussie, pro quolibet festo S. Michaelis Archangeli ad vite sue extrema tempora percipien assignand. Litera in forma Cancellaria

nio estradito manu Regia subscripto Varsa=
viæ Die et anno quibus supra.

Consensus Nobili Stanislai Po=
kolnieztki S. R. Majestatis Stipa=
tori super redimendam Advocatiam in villa
Prusy ac tertiam partem mensure Molendi=
ni Przyrzecen in Districtu Leopolien sitt, de
manibus Generosi Dim Stinnek Wasiczyn=
ski Vicecapitanei Leopolien datus, eidemque
super prædictam Advocatiam et tertiam men=
suram advitalitas. Litera in forma Can=
cellariæ estradita Varsaviæ Die XXII Septem=
bris Anno MDLVIII.

Relatio ut supra

Confirmatio Literarum infrascri=
ptarum pro parte Præpositi Rlova
vien ejusque Conventus Ordinis
Sancti Augustini in Rlodawa.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismun=
dus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ &c
Significamus præsentibus Literis quorum
interest universis. Exhibitas Nobis Li=

teras

teras in Pergamero scriptas Serenissimi olim
Ludovicii Regis Hungarie Polonie Dalmacie Cro=
acie ac titulo et Sigillo munitas integras et nul=
li vicio obnoxias, Confirmationem Literarum Se=
renissime olim Principis Domine Elisabethe Hun=
Polonie, Dalmacie, Croacie Regine, parentis vre
Majestatis pro parte Vrdi in Christo Patris Andree
Episcopi Cerete[n] in se continen Supplicatumque
Nobis esse nomine Religiosi Joannis Acciu[m]
Magistri, Preposite Rhodavien ejusque Conven=
tus ordinis S. Augustini in Rhodawa, ut easdem
Literas approbare ratificare et confirmare digna=
remur. Quarum series sic habet: In nomine Do=
mini Amen. Plenitudo fiducie in humanis
actibus tunc concernitur, quando labenti memo=
rie scriptis Literis autenticis veredice subveni=
tur. Ea propter Nos Ludovicus Dei Gratia Rex
Ungarie Polonie Dalmacie Croatie ac ad U=
niversorum et Singulorum tam presentium quam
futurorum noticiam volumus devenire. Quod
oblata Nobis pro parte Vrdi in Christo Patris
Domini Andree Episcopi Cerete[n] nostri devoti
ac fidelis petitio continebat, quatenus sibi
Literam Sanctie et eterne memorie Serenis=
sime Principis Domine Elisabethe eadem gratia
Regine, Regnorum predictorum nostre Genitri=
cis Charissime varam et integram omnique
suspicione prorsus et vicio carem, ejusque Sigil=
lo majori appenso Sigillatam confirmare rati=
ficando de innata Nobis clementia dignaremur

Cujusquidem

Cujus quidem Litere tenor per omnia sequitur
in hec verba. In nomine Domini Amen. Quia
dignum est, ut ea que geruntur in tempore, ne
simul cum tempore coaneſcant Literarum apici=
bus cum annotatione testium debeant, prout La=
pientum sanxerit authoritas posterorum notitie
commendari, hinc est, quod Nos Elisabeth Dei
gratia Senior Legnia Ungarie et Polonie ad
universorum notitiam tam presentium quam
Futurorum volumus devenire, Quod cum Nobis
in Christo Pater Dominus Andreas Episcopus
Cretens Capellanus noster in Christo Devotus,
Confessorque quondam Illustrissimi Principis
Domini Casimiri Regis Polonie fratris nostri=
Charissimi tunc Rector Eccleſie Clodavien e=
xistens, pro quodam manso qui dicitur vulgari
nomine Dzniathowski de quo Dominus Ivan=
nes Rector Eccleſie Clodavien nostris Ante=
cessoribus et Nobis annis singulis Jertonem
persolvebat, et horto penes hortum ejusdem Ec=
clesie Clodavien adjacente, de quo grossus
persolvebatur Nobis humiliter supplicasset,
ut sibi et sue Eccleſie Clodavien mansum
memoratum et hortum penes hortum dicte
Eccleſie adjacen, ob remedium nostre et no=
stri filij Charissimi Domini Ludovicii Salu=
tem et Refrigerium anime Illustrissimi Prin=
cipis Domini Casimiri fratris nostri pie recor=
dationis, Illustris, ad honorem Sancti Egidij
glorioſi Confessoris prefatas Eccleſie Clodavien
Regis Polonie=

Patroni

Patroni et ad ipsam Ecclesiam dare et assi-
gnare perpetuo misericorditer dignaremur. Nos
vero suis petitionibus pie et benigne annuen
prefatum mansum et Hortum sibi et suis Eccle-
sie predicte ac Suis Successoribus ob remedium
nostre et nostri filij Charissimi Ludovici Salu-
tem et refrigerium Anime Illustrissimi Principis
Domini Casimi prefati assignamus contuli-
mus et dedimus, ac etiam assignamus confe-
rimus et damus et donamus eternis singulis
perpetue duraturis. Facien ipsos mansum et
hortum ab omnibus solutionibus expeditioni-
bus exactionibus Laboribus et angarijs uni-
versis quibuscunque nominibus censeantur
liberos et Solutos. Tali tamen conditione inter-
clusa, q Rector Ecclesie nominate et quili-
bet Successor ipsius, qui pro tempore fuerit,
pro anima Domini Casimiri fratris nostri me-
morati anniversarium facere debeant, quod
singulis annis simul in anno vigilias novem
lectionum, et voce missam defunctorum decan-
tabit. In cujus rei testimonium nostrum Si-
gillum presentibus est appensum. Datum et
Actum Cracovie Die Circumcisionis Domini
per manus Leonis Viri Domini Zawisij Can-
cellarij nostri Cracovien sub anno Domini
Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.
Presentibus ijs strenuis et Nobilibus viris Ce-
slao Castellano Sandecien Andrea Subjudice
Cracovien Fantkone Czarnkowski, Slavogio

hereda

hæredē de Siedlisz Cuiciza, Iaurisio Castellano Brze-
zinen, Mikalione et Nicolao Canonicis Cra-
vien et alijs quamplurimis fidedignis. Nos igitur
prefati Andree Episcopi petitionibus gratiosis
acclinati supradictam Literam in omnibus su-
is punctis articulis sententijs et clausulis ratam
gratam atque firmam habentes ratificamus
gratificamus approbamus et virtute presenti-
um confirmamus. Volen et decernen dictam
literam in prefatis suis artikulis clausulis punc-
tis ac sententijs robur obtinere perpetue firmi-
tatis harum quibus Sigillum nostrum est ap-
pensum testimonio Literarum. Actum in Brze-
scie quarta feria proxima post Diem Sancti Jo-
annis Baptiste Anno Domini Millesimo tre-
centesimo octuagesimo primo. Presentibus Ma-
gnificis et Nobilibus viris Bolestao Castella-
no, Sandziwogio Capitaneo Cracovien. Bo-
lestao Cuscowicien, Oswaldo Wladislavien, Cri-
stino Covalien Castellanis et alijs multis fidelibus
fidedignis. Datum per manus Ladizze Can-
cellarij Supremi Regni Polonie nostri predicti.
Nos igitur Sigismundus Augustus Dei prefa-
tus supplicationi predicte benigne annuen
Literas suprascriptas et omnia in eis contenta ap-
probamus confirmamus et ratificamus Literis
hisce nostris Decernentes eas robur debite et
perpetue firmitatis Harum testimonio Litera-
rum quibus Sigillum nostrum est appensum.
Datum Varsavie Die XXV. Septembris Anno
Domini MDLVIII Regni vero nostri XXIX

Profen

Præsentibus quibus supra

Relatis ut supra

Consensus super Contractum bono=
rum infrascriptorum inter Generosum
Joannem Sieratowski Castellanum
Landen &c ac Nobilem Joannem Ka=
linski dictum offsiany, factum

Sigismundus Augustus &c
Significamus præsentibus Literis nostris quorum
interest universis, quod comparentes coram No=
bis Generosus Joannes Sieratowski Castellanus
Landen et Capitaneus Przedecen ac Nobilis
Joannes Kalinski dictus offsiani certarum Sor=
tium in Villis nostris Kalicin Kiwki et Kasic=
nicz in Districtu Lencicien et Capitaneatu Prze=
decen sitis Tenutarius, recedens a Terris et
Districtibus suis propriis talem inter se occasi=
one infrascriptorum fecisse contractum et a=
micabilem compositionem fassi sunt et reco=
gnoverunt. Atque inprimis idem Nobilis
Joannes Kalinski de omni jure suo advitalitio
quod habuit super Sortem in villa nostra pre=
fata Kiwki p: Cujus redimendæ potestas a No=
bis ipsi Generoso Joanni Sieratowski data fu=
erat: / deque Summis pecuniarijs in dicta sor=
te villæ Kiwki insertis et illi servient, ipsi
Generoso Joanni Sieratowski condescendit, atque

illud

illud omne in Personam illius transfert et trans=
fundit, praesenti recognitione sua nihil Juris et
Dominij prove in dicta sorte bonorum Niwki
reservando, sed omne jus suum in illum transfe=
rendo et incorporando praesentibus. Cuius quidem
resignationis ob respectum idem Generosus Jo=
annes Sierakowski Castellanus Landen omne
jus suum quod habet ad advocatiam in villa
Fasienieez consistens ac duos Lancos desertos in
singulis ejus ipsius villae Fasienieez campis
sitos transfert ac transfundit, nullum etiam
jus ibidem sibi ac suis Successoribus reser=
vando, sed illud integrum in eundem Joannem
Kalinski transferendo, praesenti item recogni=
tione sua interveniente. Et quoniam contractus
hui de bonis nostris est, Supplicatum Nobis
est ut illum Consensu nostro ratum esse vellem=
mus. Nos supplicationibus ejusmodi adduc=
ti in dictum contractum consensimus, uti
quidem consentimus Literis hisce nostris eam=
que robur debitum obtinere debere praesentibus
decernimus. Per praenominatos Joannem qui=
dem Sierakowski Castellanum Landen et Ca=
pitaneum Przedecen sortem villae Niwki eo
ut praefertur modo illi resignatam vigere nu=
ri advitalicij quod super sorte villae Ni=
wki a Nobis concessum habet. Quod qui=
dem integrum ei esse volumus, per Joannem
vero Ossiany Advocatiam villae Fasienieez
cum duobus lancis desertis in summis pe=

curiarijs

cuniarijs in Priuilegio originali Advocatiali in=
scriptis tenend, habenda, pacifice que et quiete ju=
xta tenorem Literarum originalium possidenda.
Adducti preterea certorum Consiliariorum nostro=
rum precibus pro parte ipsius Joannis Offsiany
interpositis ipsum ab omnibus oneribus et Ser=
vitijs ex advocatia predicta villa Jasienicz Ca=
pitaneo illius loci prestari de more vel consue=
tudine debitis, consentiente etiam ad id eodem,
Generoso Joanni Swakowski Capitaneo przedecon
eximendum et eliberandum duximus, ut ipsi qui=
dem eximimus eliberamus presentibus, neque
eum ad ejusmodi Onera astringi a quoquam
debere presentibus decernimus, expeditione
tamen bellica Nobis et Reipublicæ debita in=
tegra reservata. Quam quidem Advocatiam
cum duobus Laneis in villa Jasienicz con=
sistentibus, sed et sortes quas habet in vil=
lis nostris predictis Kalien et Jasienicz pre=
nominatus Joannes Kalinski dictus Offsia=
ny in summis pecuniarijs in ejusmodi bo=
nis inscriptis, ac ijs etiam que in Advoca=
tia predicta sunt originaliter inscripta tene=
bit habebit pacifice que et quiete cum omni=
bus ad ea ipsa bona Villarum Kalien Ni=
wki et Jasienicz concessas possidebit jus i=
psum advitalitium quod ad sortem ville
Niwki habebat in Advocatiam ipsam Vil=
lam pertinen ad vita sue extrema tempora
secundum Literas advitalitias ipsi antea per Nos
super ea ipsa bona=

te Jasieniecz ac duos Laneos Agri permutati=
onis nomine ad eum pertinen transferentes.
Ea etiam Conditione adjecta quod etsi in Literis
advitalitatis ipsius, medietates Villarum Kalien
Hiusti et Jasieniecz nominentur, licet dunta=
xat sortes quaedam ad eum pertinentes ibidem
consistant, Illud tamen nihil nocere debere
juri Illius advitalitio, praesentibus declara=
mus. Sed medietates ipsas pro sortibus com=
putari debere decernimus. Eo etiam contractu
et bonorum nostrorum permutatione juri ad=
vitalitio Generosi Joannis Sierakowski Castel=
lani Landen quod super Capitaneatum Prze=
decen et ejus arendam a Nobis concessum
habet in nullo derogatum esse volumus et
praesentibus declaramus. Caeteris nostris
Regalibus in dictis bonis semper Salvis ma=
nen. In cujus rei fidem &c Datum Varsaviae
Die XXVI. Septembris Anno Domini MDLVIII
Regni nostri XXIX.

Relatio ut supra

Confirmatio certi Contractus per
Capitaneum Belzen cum Stanislao
Scholii facti

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Nos Sigismundus Augustus

Dei

Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, nec non terrarum Cracoviæ et Regnis-
carum præsentibus Literis quorum interest u-
niversis tam ijs qui nunc sunt, quam qui po-
stea futuri sunt. Quod Nos commodis nostris
prospicere volentes, quæ ex contractu quem
Magnificus Stanislaus Comes in Thenczyn
Palatinus Cracovien et Lublinen Belzen Ul-
rricovienque Capitaneus cum Famato Sta-
nislao Scholtz Cive Leopolien fecit, acuide-
re posse Capitaneatui Belzen perspiciemus,
contractum eum approbandum et confirman
dum curavimus, Contractus autem per eos factus
hujusmodi est. Quod Nos Famato Stanislao
Scholtz Civi Leopolien illiusque Successori-
bus Seu cuiuscunque in Sylvis borris ad Capi-
taneatum Belzen pertinen juxta fluvium
Swinia nuncupatum decem lanas de cruda
radice per eum extirpandos cum omni jure
proprietate et titulo hereditario una cum
usufructu dare debemus prout damus et assi-
gnamus præsentibus perpetuo et in aevum
per illum et Successores illius possidendos.
Et tamen sine, q dictus Stanislaus Scholtz
mineram ferrariam cum omni apparatu et
instrumentis ad eam mineram pertinen in
flumine dicto Swinia proprijs impensis ex-
truere debebit. Insuper in eodem flumine Si-
linam quam poterit majorem extruere de-

bebit, qua ita ut miniera ferraria perpetuis
temporibus utifruetur. Litore quoque utroque
dicti fluminis Swinia, justa dictorum decem
Lancorum longitudinem utetur cum Successoribus
suis, eidemque licebit in dictis decem lancis Colo=
nos locare, qui jux theutonico ut et alij subditi no=
stri subjecti esse debebunt, Liberum quoque illi erit
mineram pro confiiiendo ferro ad eam mine=
ram ferrariam quocunque locorum in Dicto
Capitaneatu ea provenerit fodere, eaque uti frui
sine cujusvis contradictione. Liberum etiam ed
facilius, ut ejus Successores ac Cmetones si
quos locaverit ab omnibus censibus solutioni=
bus datijs podvodis etiam ducturis quibusvis
ad prefecturam Betzen pertinen a data pre=
sentium ad decennium quo elapso tenebitur
cum suis Successoribus singulis annis pro fe=
sto Pentecostes decem marcas pecuniæ numeri
et monetæ Polonicalis Capitaneo nostro Betzen
pro tunc existen census annuos solvere. Alijs
solutionibus et oneribus et oneribus ex ceptis.
Ab expeditione quoque bellica et Successores
ipsius Liberum facimus perpetuis temporibus.
Volentes preterea prenominatum Stanissla=
um Scholtz Cwem Leopolien ratione sum=
ptuum, in structuram minere prefate fa=
ciendorum vel potius faciendorum aliqua espar=
te contentum sive consolatum reddere, atque
ad eadem et Successores ejus faciendа in po=
sterum promptiorem et alacriorem reddere,

Ipsi

Ipsi ejusque Successoribus Summam Mille flore-
norum quemlibet florenum trium regis grossis com-
putandos in dicta minera demonstrandam inscri-
bendam et assignandam duximus, uti quidem de-
monstramus inscribimus et assignamus praesen-
tibus, temporibus duximus. Prænominatam vero
mineram ferrariam per eum ipsum Stanislaum
Scholez ejusque Successores sexus utriusque cum
omnibus utilitatibus, quocunque nomine cense-
antur in summa prænominata mille florenor
tenend habend possidend dandam donandam ven-
dendam, commutandam, alienand, et in usus quos-
vis beneplacitos convertend. Nostro tamen et
Successorum nostrorum ad consensu expresso
accedente. Insuper eundem Stanislaum Scholz
et ejus posteros ab omnibus Palatinorum Castel-
lanorum Capitaneorum ac Judicum quorum et
Subjudicum aliorumque judicandi potestatem ha-
bend, eximimus et liberos cum Successoribus illi-
us facimus temporibus perpetuis. Itaque ip
ipse Stanislaus omnibus de foro querulantibus,
coram nullo alio judicio praterquam coram No-
bis respondere teneatur, nostraque tantum-
modo et nulli alteri jurisdictioni et potestati i-
psum obedire et subjacere volumus, Cum eoden-
que Nos soli ipsi justitiam facere unicuique
debebimus. In cujus rei testimonium Sigillum
nostrum praesentibus est appensum. Datum Var-
savie A.D VIII. Die Septembris Anno Domini
MDLVIII. Regni nostri A.XIX. Praesentibus
quibus supra.

Relatio ut supra.

Donatio

Donatio Bonorum ad Regiam Ma-
jestatem ob admissum fratricidium
Joannis Kiriewski devolutorum Gene-
roso Stanislao Kostka

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigis-
mundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithvaniæ nec non Terrarum
Cracoviæ &c Significamus præsentibus Literis
quorum interest Universis, tam ijs qui nunc sunt,
quam qui postea futuri sunt, Quod cum ab hinc
aliquot Nobilis Joannes Kiriewski fratrem
suum Germanum Nobilem Melchiorem Kiri-
ewski divino humanoque violato jure nepha-
rie ouiderit, eoque ob admissum ab eo fratri-
cidium illa ipsa bona in villa Kiriewo quæ
ipse possedit, quæquidem decem mansis men-
sura Culmen terminantur sunique hi in
Terra nostra Pomeraniæ districtuque Pedanen
sitti; ad Nos fiscum nostrum sint devoluta.
Nos illos ipsos decem mansos ad Nos ob pa-
tratum a prædicto Joanne Kiriewski fratri-
dium devolutos, Nobili Stanislao Kostka de
Romberg Cubiculario nostro cum Consili-
ariorum nostrorum precibus intercedentibus,
tum vero ob illius obsequia atque servitia No-
bis ab ipso summa fide diligentiaque mul-
tis annis egregiè præstita perpetui juris
ac donationis irrevocabilis titulo dandos

donandque

donandosque duximus, uti quidem cum omni
jure dominio proprietate et cum omnibus edi=
fiijs fabricijs fructibus, emolumentis, com=
modis attinentijs ac pertinetijs quocunque mo=
do ac nomine nuncupatis vive nuncupandis,
quo in prædictis decem mansis sitta sunt ac
Nosque pertinent, Ipsi ejusque legitimis utri=
usque Sexus Successoribus damus, donamus,
et conferimus perpetui juris ac irrevocabilis
donationis titulo habendos, tenend, possi=
dend ac in usus suos, ut ipsi ejusque legiti=
mis utriusque sexus Successoribus visum
fuerit, convertendos, nihil nobis in illis ju=
ris proprietatis atque dominij reservando
sed totum in ipsum Stanislaum Kosttka et le=
gitimos ejus sexus utriusque Successores
transfundendo. Dantes jam exnunc ipsi Ge=
neroso Stanislao Kosttka in bona prænomi=
nata realem intromissionem et actualem
possessionem ipsi Generoso Stanislao Ko=
sttka per officium quodcunque quod ipse
sibi elegerit ad intromittendum. Si autem
præfatus Joannes Krzewski aut quispiam
modernus præfatorum bonorum possessor
realem intromissionem et actualem posses=
sionem ipsi Generoso Stanislao Kosttka de=
negaverit seu non admiserit, tum Nos bo=
na præfata sic per Nos ipsi Stanislao
Kosttka donata recuperare et pro illis ju=
re agere debebimus illisque recuperatis et

jure luceratis eidem Stanislao Kostka tradere
et restituere debebimus. Quod omnibus quo=
rum interest nominatim autem Generoso Joan=
ni Kostka de Stemberg Castellano Pedanen ac
Terrarum nostrarum Prussiæ Thesaurario Su=
cen Derpoviensique Capitaneo notum fa=
cimus atque Literis nostris mandamus ut
illis decem mansis pro fisco nostro repetitis,
eorum possessionem Nobili Stanislao Kostka
tradat atque hanc nostram donationem de=
bite et legitime sine ulla dilatione atque
mora exequatur. In cujus rei fidem et testi=
monium manu nostra præsentibus subscri=
psimus et Sigillum nostrum eisdem appen=
di jussimus Datum Varsaviæ ipso Die San=
cti Michaelis Anno Domini MDLVIII.
Regni vero nostri XXIX.
Sigismundus Augustus Rex mp

Consensus cum Advitalitate Gene=
rosis Stanislao Sendivogio et Alber=
to a Ciarnkow fratribus super re=
dimendum Oppidum et Castellum
Tuchno.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex
Poloniæ &c
Significamus præsentibus Literis, quorum
Interest

interest universis. Quod Nos propter meri=
ta majorum præclara et vetusta Familia de
Czarnkow, tam propter fidem et observantiã
in Nos Generosorum Stanislai Sendzivogij Se=
cretarij nostri et Alberti a Czarnkow Fra=
trum germanorum qui ex hac familiâ et stir=
pe prognati supersunt, fecimus eis potesta=
tem facimusq; literis hijs nostris quem ad
modum antea in Conventu Generali Regni
Gaevvie feriâ secunda post Dominicam Letare
Anno Domini Millesimo quadringentesimo
quinquagesimo tertio feceramus, bona no=
stra Regia videlicet Oppidum et Castellum
Tuchno in Confinibus Regni nostri majo=
ris Poloniæ Palatinatus posnanien et Di=
strictus Valcen sitta quæ bona ad Nos et
mensam nostram devoluta espediuntur,
de manibus Nobilium Christophori et Sta=
nislai Tuczenstich de Wedel olim Nobi=
lis Mathie de Wedel filiorum et Antonij
ac Reinoldi de Wedel, olim Georgij de ea=
dem Wedel filiorum prædictorum bonorum
modernorum possessorum redimendi et repe=
tend. Quæ quidem bona nostra siquidem osten=
sum fuerit, quod ea ad Nos et ad mensam
nostram devoluta sint, prædictis Stanislao
et Adalberto fratribus conjunctim et sepa=
ratim danda, et conferenda duximus, ita
ut tenore presentium animo bene delibe=
rato de certa Scientia nostra et assensu
Consiliariorum nostrorum damus concedi=

mus

mus et conferimus firma et irrevocabili do=
natione ad eorum amborum estrema tem=
pora cum oribus villis, pagis, inhabitatis
et desertis prædijs curijs domibus hortis Syl=
vis lacubus, stagnis, piscinis, fluvijs, flu=
minibus, rivis, paludibus prætis campis
et alijs quibuscis generaliter universis bo=
nis attinentijs et adhærentijs universis ad
illum ex antiquo et modo quolibet pertinen
et spectan nullis omnino exceptis quocung
nomine et vocabulo nuncupentur ita late
longe et circumferentialiter, ut præfatum
Oppidum cum suis adhærentibus bonis est
limitatum et terminatum, et quem admodum
antea semper et nunc per præditos moder=
nos Possesores tenentur et possidentur, cum
omni juic dominio et proprietate, et cum
jurisdictione et administratione sive supe=
riorite nobilium Vasallorum eorum qui
nunc eisdem modernis possesoribus ratio=
ne territorij, — seu bonorum Jurisdictionalium pa=
rent, et cum universis fructibus proven=
tibus redditibus censibus, obventionibus,
attinentijs et pertinentijs, et pertinentijs,
quibuscunque universis, qui nunc sunt
et in futurum advenire poterint, nihil
omnino excipiendo, nihil juris dominij
obventionum ibidem Nobis et nostris
Successoribus

Successoribus reservari veu exigiuer, immo abre-
nunciari bonis ipsis et generalites omnibus eo-
rum bonorum commodis, nostro et Successorum
nostrorum nomine, ad vite eorum tempus este-
mum conjunctim et separatim, ita ut nihil
jam juris, dominij, et proprietatis nobis et no-
stris Successoribus ad ea ipsa bona prefata com-
peter poterit, amplius in ipsos Generosos Stani-
slaum Pendivoguium Secretarium nostrum et
Albertum a Crarnhow fratres transferendo. Et
jam eanem ipsis prefatis damus in prefatum
Oppidum et Castellum Tuzino et villas ad id per-
tinen realem intromissionem, et actualem Possessi-
onem per Ministeriales terre-
stres, quemcunque ipsi sibi etiam absque cujus-
vis officij additione, elegerint et habuerint, per
prefatos fratres bona prefata haben utifruen
quiete et pacifice ad eorum finem vite possiden.
Quod si quispiam modernorum Possessorum bono-
rum prefatorum intromissionem ac realem et
effectualem possessionem ipsis fratribus dene-
gaverit, seu non admiserit. Extunc nos bona pre-
fata sii per nos illis donata recuperare et pro
illis jure agere debebimus, et illis recuperatis
et jure luceatis, eisdem fratribus tanquam veris
jam dictorum bonorum Tenutarijs tradere debe-
bimus; Ad quod nos et Successores nostros pre-
sen obligamus, nulla temporis prescriptione, mo-

ra et

ra et diuturnitate, quantumuis longa, que inter diem concepcionis et Date prioris et presen donatio=nis nostre, ac inter diem redemptionis appre=hensionisq bonorum prefatorum interuenerit et interuentura est ipsis Genuosis fratribus a Ciara=bono contra donationem nostram priorem pre=sentem, obstante. Promittentes insuper verbo nostro Regio tam pro Nobis ipsis quam Serenissimis Successoribus nostris, quod vita ipsorum amboru fratrum durante, siue conjunctim siue separa=tim, eos de prefatis bonis, aut jam premissum est, si ea redimerint non fumus redempturi, neque ea adempturi, et ab eis alienaturi, in toto et in par=te etiamsi absque summa solutione ad fiscum nostrum peruenisse ea probatum fuerit, Successo=res quoq nostri neq ea rediment, neque adiment, tam pro nostra et mense nostre, culina, fusi, quam pro publica Regni quauis necessitate, Sed neque etiam pro eis redimendis cuiquam homi=num status et sexus cuiusuis, consensum dabi=mus vel ea conferemus ad tempus vel in per=petuum et Successores nostri nec dabunt, nec conferent. Verum eos ad prefinita temporis spa=cia secure, quiete et omni ex parte libere, eis to=tis et integris uti et frui volumus et velle nos declaramus. Non obstantibus nec derogant hu=ic nostro concessioni et donationi, quibuscunq Literis nostris, siue quibuscunq donationibus tam temporalibus et advitalitijs, quam perpe=

tuis

tuis, ea quacunque ratione et causa post datam
presens Literarum emanatis et emanandis, quas
nos eatenus prout earum tenore presentium revo-
camus revocamus tollimus abrogamus et irritas
eas fore et esse decernimus. Sed hanc solam conces-
sionem et donationem nostram per omnia sal-
vam et inviolabilem atque firmam semper esse
et fore volumus. In cujus rei fidem Sigillum no-
strum presentibus est appensum. Datum Var-
savie Die penultima Septembris. Anno Dni M-
DLVIII. Regni vero nostri XXIX.

Relatio cujus supra

Exemptio bonorum ab omnibus Contributionibus et exactionibus Nobilis Joannis Glogowski, in et extra Civitatem Chelmen consistentibus.

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quia nos adducti precibus Con-
siliariorum nostrorum pro Nobili Nicolao Glo-
gowski apud nos interpositis bona omnia mo-
bilia per ipsum pro Summa Centum Florenorum
apud honestam Annam Conversam legitimam
Providi Joannis Sartoris Chelmen, uti in inscri-
ptione venditoria judicij Castri Chelmen la-
tius continetur, sibi ab omnibus oneribus,

censibus

censibus, contributionibus, exactionibus, tam
Civitati et Castro Chelmen, aliisque quibuscunque
quam Nobis et fisco nostro ex consuetudine et sta-
tutis Regni pendi solitis, et ab omni jurisdictio-
ne Civili eximen et liberanda duximus, ita ut
liberamus et eximimus praesen Literis nostris,
liberaque et immunia ab omnibus esse volumus
libertati et immunitati Nobilium et Juris-
dictioni Castren Chelmen, eadem adjenibentes
et incorporan temporibus perpetuis. Quocirca
Omnibus et singulis tam nostris, quam aliis
quibus cung. Civilium Contributionem Censu-
um, onerum exactoribus et eorum Profectis
ac officialibus nominatim autem generoso
Gabrieli Charlo Castellano Cadomien Sere-
nissima Domina Conjugis nostra Curiae
Magistro et Chelmen Capitaneo, moderno
et alijs pro tempore existen Capitaneis de-
mum, mandamus, ut neque deinceps ratio-
ne horum omnium ipsi Nobili Nicolao
Glogowski facesant negotij, nec jurisdictio-
nem aliam, quam Castrensem, in ea ipsa
bona usurpent, sed illum libertate hac il-
li per nos concessa in omnibus frui et
gaudere permittant, pro gratia no-
stra. Quod ut illi esset certius,
Literas has, manu nostra sub-
scripsimus

subscripsimus, et Sigillum nostrum appendi cu=
ravimus. Datum Varsaviæ Die Ultima Septem=
bris. Anno Domini MDLVIII Regni nostri
XXIX

Relatio ut supra

Quietatio Generosi olim Petri Bora=
thynski Castellani Belzen et Capi=
tanei Samboriens de arenda Capi=
taneatus ejusdem anni Domini
1556.

Sigismundus Augustus &c
Significamus præsentibus Literis quorum
interest universis. Quod cum Generosus Pe=
trus Borathynski Castellanus Belzen
et Capitaneus noster Samboriens fecisset
thesauro nostro sufficientem ratientem et
proventibus bonorum Capitaneatus nostri
Samboriens prædicti eidem per Sinam Regi=
nalem Majestatem Hungariæ et Sororem
nostram Charissimam in arendam locato=
rium, justa suæ Majestatis Literarum arendæ
Sigillo ejusdem Majestatis communitarum
et manu propria subscriptarum plenivorem
descriptionem a die vigesima quarta Junij
anni Domini Millesimi quingentesimi quin=
quagesimi Sesti, ad Diem ultimum De=
cembris

Decembris anni Domini Millesimi Quin=
gentesimi quinquagesimi Septimi videlicet
per annum unum integrum et Septimanas
viginti ses hoc est ed Summa sedecim mil=
lium quingentorum florenorum. Ex qua Sum=
ma prefata ad Thesaurum nostrum in pa=
ratis una cum distributibus importavit, videli=
cet fl. Novem millia septingentos nona=
ginta septem, grossos decem septem. Resta=
bant pro fisco nostro solvend, ex ratione illius
prima florenos ses millia septingenti duo,
grossi tredecim, Durante eadem Resta Gene=
rosa Barbara de Dziadospicze relicta Generosi=
olim Petri Borathinski Castellani Belzen
et Capitanei nostri Samboriens ad Thesaurum
nostrum una cum distributis per Nos susce=
ptis importavit thesauro nostro nomine
Successorum prefati mariti sui fl. trecentos octuaginta septem, gros=
sos septem, De quibus summis prefatis
insimul junctis tam in Paratis quam in Di=
stributis per Generosum Albertum Boguski
Tribunum Premisliens ac in Palatinatu Ma=
zovie fisci nostri Thesaurarium susceptis
videlicet de tredecim millibus Centum O=
ctuaginta quatuor fl. viginti quatuor
grossis, prefatum Generosum olim Petrum
a Borat Castellanum Belzen et Capi=
taneum nostrum Samboriens, nec non illius
relictam prefatam ac Successores illius qui=
cumque presentibus ac liberos facimus.

Nihilo=

Nihilominus tamen restant apud prefatam
relictam seu Successores prefati Petri Bora=
thinski Tesauro nostro solvendi adhuc, ad ra=
tionem erendo prefato per Sd Mtem Majestatem
Hungarie Sororem nostram charissimam
Generoso olim Petro Borathynski, locator flo
trià millià trecenti quindecim, grossi 1ez, de
quibus Nobilem Tomam Kamienski, tan=
quam a Serenissima Regiuali Majestate Hun=
garie pro illo tempore Capitaneatus Sam=
bovien Oeconomo, nos requiremus, partim
etiam de nonnullis rebus, nos requisitio=
nem faciemus. In cujus rei testimonium
Sigillum nostrum presentibus est appressum.
Datum Cassavie Die Secundo Octobris.
Anno Domini MDLVIII. Regni vero nostri
XXIX.

Relatio ut supra

Ad vitalitas Venerabili Jacobo
Silehowski Ecclesie Beatissime
Virginis Marie in Sepreci Mansiona=
rio data, super Villam Regiam Kowa=
wiesz dictam quam is cum aliis Collegis
videlicet Mansionarijs ejusdem Ecclesie
ex Antiquo in certis pecunie Summis
possidet. Litere in forma Cancellarie ex=
tradite. Loco Die et anno, quibus su=

pra

Consensus

Consensus Nobili Martino Le-
gorinski datus, ut posit plures quam
sunt locare Colonos in Villa Knyszka
Capitaneatus Samborien

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Quia Nos cupientes bonorum
nostrorum Capitaneatus Samborien meliorem
conditionem et ampliorem facere, postea quam
certé edocti sumus, quia in Villa Knyszka non ita
pridem pro villa item nostra Topothnicza, cum No-
bilibus Thurzanskie per Nos commutata, sub car-
patho monte villa plures etiam quam ad presens
sunt Coloni locari possint, cujusmodi locatio non
per aliud magis quam per bonorum Scultetorum Di-
lientiam et industriam praecipue autem in illo
Capitaneatu Samborien ville locari et possessionari
sint solita. Proinde habentes commendatam probi-
tatem et industriam Nobilis Martini Legorinski,
committimus eidem et facultatem omnimodam dedi-
mus, prout committimus et facultatem damus pre-
sentibus Literis nostris, villam ipsam per locatio-
nem in cruda radice Colonorum absque tamen
praejudicio et incommoditate aliarum villarum
adjacent dilatare, atque ampliorem facere, et homi-
nes vive Colonos ad libertatem vocare, qui a cen-
sibus daciis laboribus et alijs omnibus oneribus
libertate gaudebunt, justa praescriptum juris et
consuetudinis Valachicae. Expirata autem liberta-
te, labores census dacias contributiones solvent
et alia onera obibunt secundum consuetudinem
et jus

et jus Valachicum more aliorum inolarum, illic
antiquitus loratorum, et in eodem jure Valachico
existentium quo etiam jure tam in libertate quam
alijs omnibus oneribus, hanc villam Kriwka cogno=
minatam gaudere volumus perpetuis temporibus,
ut autem Supranominatus Martinus Rogozinski
lorationi ejusmodi villæ diligentius et accuratius
intendat, eidem et illius Successoribus in dicta
villa Kryuska Scultetiam alias Kniastwo dedi=
imus Summamque centum florenorum per tri=
ginta grossos computandam in eadem Sculte=
tia inscribendam demonstrandam et assignandam
duximus, uti quidem inscribimus demonstramus
et assignamus præsentibus Literis nostris. Porro
ut propensior et magis solicitus sit de loratione
villæ ejusmodi damus eidem et ab eandem Scul=
tetiam ascribimus laneos agri duos, et areas
duas integras in ipsa villa Kriwka tertiam vero
in Campo seu villa, et de Dationibus nostris o=
mnibus tertiam partem, tam de ijs Colonis qui
ad præsens lorati sunt, quam de illis, qui in po=
sterum lorabuntur. Datione cujus tertiæ Partis
dationum idem Scultetus tenebitur Nobis et
nostris Successoribus pro Statione annuatim
Polvere duos florenos. Coloni vero villæ præfa=
tæ singulatim ipsi Martino Rogosinski et ejus
Successoribus annuatim unum, arare, alterum
metere et tertium faleastare diem tortasque
et alias res justa aliarum Villarum Walachi=
carum consuetudinem dare et præstare singulis
annis tenebuntur et erunt obligati. Insuper eidem

Martino

Insuper eidem Martino Logozinski admittimus
in fluvio ibidem existente molendinum ac foliusq
et in villa tabernam estruere de quibus ipse et illius
Successores emolimenta percipient more aliorum
Scultetorum juris Valachici, per prænominatum
Martinum Logozinski et ejus Successores Scul=
tetiam prædictam in Summa prænominata cen=
tum florenorum cum omnibus et singulis fructi=
bus proventibus et obventionibus universis, nec
non agris, campis, hortis, areis tortis hominum
Laboribus Scultetis præstari solitis molendino
Taberna et alijs ad dictam Scultetiam perti=
nen nullis exceptis et exclusis jure aliorum
Scultetorum Valachicorum tenen haben pacifi=
ceque et quiete possiden, et in usus suos benepla=
citos converten nostro tamen et Successorum no=
strorum consensu accedente. De qua quidem Scul=
tetia præfatus martinus Logozinski ejusque
Successores tempore belliq expeditionis tenebi=
tur servitia obire secundum consuetudinem Scul=
tetorum aliorum in Capitaneatu Samborien
consisten. Ea attem conditione adjecta, q ubi=
cum seu ejus Successores de præfata Scultetia
redimere voluerimus, id non prius Nobis fa=
cere licebit, quam ultra originalem Summam,
Summam etiam quæ ex legitima taxatione
ædificiorum, si quæ ibidem per eum extructa
fuerint, provenerit, illi numeraverimus et
exolverimus. Juribus nostris ibidem semper
manentibus salvis. In cujus rei fidem &c
Datum Varsaviæ Die secunda Octobris. Anno
Domini

Domini MDLVIII Regni vero nostri XIX

Relatio ut supra

Eidem cui supra et eodem tem=
pore super predictam Scultetiam
in forma solita Advitalitas est data.

Consensus Nobili Laurentio
Bobrowski datus ad redimend
Molendinum circa Oppidum Starogrod situm
de manibus Nobilis Catharine Swiderska Ste=
phani filij illius, predicti molendini moderno=
rum Possessorum, superque predicta Bona eidem
Laurentio Bobrowski advitalitas. Litera in for=
ma Cancellaria extradita Varsavie Die XIII.
Octobris Anno Domini MDLVIII. Regni no=
stri XXIX

Relatio Reverendi in Chri=
sto Patris Domini Joannis
Przerembski nominati Epis=
copi Chelmen et Regni Polonie
Vicecancellarij

Commutatio perpetua Rippa=
rum infradescriptarum per Ca=
pitaneum Koninen cum No=
bili Joanne Osieczki facta.

Sigismundus

Sigismundus Augustus

Significamus Præsentibus Literis quorum inter=
est universis. Quod Nos commode et utilitati no=
stre bonorum nostrorum Capitaneatus Nostri Ko=
ninen consulere, eaque auctiora reddere volen,
es Generosi Stanislai Dziaduski Secretarij et Ca=
pitanei nostri Coninen relatione edocti cum
commodo nostro id ese futurum, si Nobili Jo=
anni Osieziki in Koziagora Heredi Lippam
pro extruenda piscina circa Villam nostram
Lemina pro alia rippa quam ille Nobis vi=
cissim circa Hereditatem Koziagora est daturus
concederemus, uti quidem concedimus Literis
hisce nostris rippam pro rippa commutando
temporibus perpetuis, Ejusmodi piscinam per=
prænominatum Joannem Osieziki ac illius Su
cessores, cum omnibus illius commodis ac
emolumentis tenendam habendam utifru=
endam pacifiqque et quiete possidendam dan=
dam donandam commutandam et in usus
suos beneplacitos convertendam. Ipse vero
vicissim rippam pro extruenda similiter pisci=
na circa Hæreditatem suam Koziagora Nobis
dare et concedere atque inscribere debebit et
tenebitur per Nos similiter et Capitaneos No=
stros Coninen pro nunc et pro tempore exi=
stent perpetue obtinendam. In cujus rei fi=
dem Sigillum nostrum præsentibus est appen=
sum Datum Varsaviæ Die XI Octobris Anno
Domini MDLVIII. Regni vero nostri XXIX

Relatio ut supra

Privilegium

Privilegium Novum loco deper=
diti super Advocatiam Crzepicen

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam Rei memoriam Nos Sigismun=
dus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Kijoviæ
Hæc non Terrarum Gadoviæ Pomeraniæ
Siradiæ Sancitiæ Cujaviæ Russiæ Prussiæ Ma=
joviæ Samogitiæ Culmen Elbingen Pomeranieq'
ac Dominus et Hæres. Significamus præsen=
tibus Literis, quorum interest, Universis. Quod
cum exposuisset coram Nobis Generosus Matthi=
as Beszczynski Aulicus noster ac Advocatio
nostræ Crzepicen Tenutarius Privilegium vu=
per eam ipsam Advocatiam per Prædecessores
nostros concessum casu fortuito perisse. Suppli=
casque ut in locum Privilegij Deperditi no=
vum illi concedere dignaremur. Nos vero
veterem consuetudinem in eo sequuti commise=
ramus Generoso Joanni Lilski Aulico nostro
pro tunc Capitaneatus Crzepicen Administra
tori, ut hij acceptis hominum fidedignorum
sufficientibus testimonijs, de contentis Privi=
legij Advocatialis diligenter inquiret, Nosq;
tandem per Literas suas de eo certiores red=
deret. Qui quidem Joannes Lilski, mandatis
nostris obtemperans acceptis testimonijs ho-
minum Senum Civium Crzepicen Nos de
contentis Privilegij deque redditibus et veteri
more ad Advocatum Crzepicen pertinen in

huno

huiusmodum certiores reddidit. Ac primo quidem ad Advocatum spectare areas tres pertinuisse edocuit. Prima quidem, quae est sita inter Domos Kiewlinskowski ac Joskonis Gawrzyalka in qua balneum extructum existit. Altera quae a Cemeterio Templi inchoata ad aream Josefka se profert, in longitudinem vero in alteram partem ad plateam, qua itur ad molendinum Advocatiale, in qua campanile ad praesens extructum est. Latitudo ejus penes Domum Gebarowski Africa. Tertia praeterea Advocatialem eam aream, in qua coenobium intra moenia Urbis situm ad praesens est. Tertiam vero inter officinam Bordnarkowski Sami dictam, cujus utrumque latus via duae, quibus ad Molendinum Advocatiale itur claudunt. Horti vero ad Advocatum pertinent. Primus quidem consistit penes Holodium seu Hortum Sacerdotale ab una parte, altera vero illius Pars via, quae per medios Hortos est clauditur. Area Brudno dicta quae initium accipiens ab holodio in agro advocatiali extructo, justa iter publicum Gawrzen profertur illiusque parsaltera Praedio Scultetiali clauditur, in postico sui Praedium Bartolomaei Woznia Braberg. Pertinere insuper et hortum, qui nunc per praepositum possidetur in eodemque Holodio extructo certam pensionem in annos singulos Advocato confert. Agri etiam

Advocatales

Advocatiales in fundo Civitatis Krzepicen
sitti: Primus laneus in longiore campo situs,
qui initium suum accipiens a Piscina nostra de=
gia finibus Iwanowskich claditur, estque me=
diis inter agros Pekathy ac Szafranek, Alius
vero in Makowiska sitius incipiens a Civitte
Krzepicen finibus etiam Iwanowskich claudi=
tur inter agros Scultetiales ab una, et Zabie=
gaiowa parte ab altera consistens. Laneus
praeterea inter Kuzynki ab una et Barthosso=
wa Wolczinina parte ab altera sitius. In bre=
viori vero campo, qui fluvio Iswartha clau=
ditur dimidios laneos quinque consistere.
Primus quidem dimidius Laneus in quo
Holodium estructum est, in altera sui parte
habet Agros Rambalinei, in altera vero Osu=
chowskie, reliquis quatuor similiter sitis,
quorum alteram partem iter advocatiale clau=
dit, alteram vero agri Kienthuspowey cum
omnibus dictorum agrorum commodis ac
pratis ad littus usque fluvij juxta latitudi=
nem agrorum sese proferentibus. Ex his
autem medijs Laneis quinque ipsum Gene=
rosum Mathiam Blesrezinski concessisse pro
Xenodochio Krzepicen medium laneum agri
unum juxta iter sitium reservata sibi ac
Successoribus suis Advocatia Krzepicen Pos=
sessoribus Lanei illius administratione ju=
xta quam census ex eo proveniens rite in
Xenodochium ipsum conferatur. Insuper idem
Generosus Joannes Dilski literis eis ipsis Nobis
significavit

significiavit manere penes Advocatum Krze=
picen ac illius Subditos, integram potestatem
incidendorum in usum fori ac edificiorum Si=
gnorum ac roborum in Sylvis ac pinetis ad
Civitatem Krzepicen pertinentibus. Pertinuisse
praeterea pensiones de censibus ex agris de
hortis Civilibus fraternitatibus Sutoribus
Salzis venditoribus, Sissoribus, Panificibus, ac
alijs quibusvis artificibus justa veterem mo=
rem in ea ipsa Civitate observatum proveni=
entibus. Judiciorum etiam in Civitate Krze=
picen jure maydeburgen ad praescriptum ali=
orum Advocatorum in Civitatibus nostris
consistentium exercendorum. Penes Advocatum
ipsum potestate integra manente, cum Au=
thoritate unius Consulis ac vicesadvocati
et omnium Scabinorum eligendi. Pensi inte=
gris et luvida vulnera irrogandis, penes Ad=
vocatum reservatis, de cruentis vero denarii
tertio. Pertinere denique ad dictum Advocatum
Krzepicensem et molendinum seu illius ter=
tiam mensuram in fluvio Swartha sitam
reliquis duabus mensuris Kobis seu Capi=
taneo nostro Krzepicen integris manentibus.
sed et ejusdem Parmi testoriam soleus dicto
justa hordeum molendinum Advocatiale ex=
truetam. In cujus quidem molendini ac
illius aggerum reformationem ex veteri
more Kos denarios duos, tertium vero
Advocatus impendere debet ac est obligatus.

Hae etiam

Hac etiam conditione adjecta ut ne ullus
Civium et artificum Krzepicen brasea alibi
molere seu parmos expedire quam in molen=
dino advocatiali juxta Privilegium Civitati
ipsi Krzepicen desuper concessum presumat.
Pons preterea seu borna Poreba dictus, una
cum pratis inter rivulos fluvij sibis ad Sca=
bella Zajerskie dicta se proferentibus, sed et
Sylve ac pineto ibidem existentia, una cum
libera piscatura in fluvio Swartha ac o=
mnibus illius rivulis exercende obstaculo=
rumque in eam rem parandorum potestate
ad predictum Advocatiam justa competen=
dinem antiquam pertinere dinoscitur. Nos
itaque Sigismundus Augustus Rex pre=
fatus, de contentis redditibus Advocatia=
lium ita ut premissum est informati, simul
etiam habentes rationem fervitiorum i=
psius Generosi Matie Blesperinski Aulici
nostri ac advocatie Krzepicen Tenutarij
hor presens Privilegium nostrum dandum
donandum et conferendum duximus, da=
musque donamus et conferimus presen=
tibus per presentes Matiam Ble=
sperinski et illius Successores Advocatiam
predictam cum omnibus illius arcis
hortis, agris, pratis, fluvijs, sylvis, pine=
tis, rubetis, rivulis, molendino, seu illius
tertia mensura piscature in fluvio Swar=

tha

tha ac illius rivulis, molendino seu illius ter=
tia mensura exercendæ, ut premissum est pote=
state, nec non cum omnibus censibus, redditibus,
fructibus, proventibus, et agris Hortis artificū
mechanicorum fraternitatibus provenientibus,
sed et integra judiciorum in Civ̄es Kizepicen
ad præscriptum Iuris magdeburgen exercen=
dorum Scabinorum vice advocati ac Consulis
eligendorum potestate, ac præmis tam cruen=
tis quam lividis aliisque omnibus Proventi=
bus ac reddibus ex veteri more ad Advoca=
tum Czepicen pertinen tenendam habendam
pacifice que et quiete in Summa specialibus Li=
teris illi desuper concessis per Nos in dicta Ad=
vocatia inscripta et assignata possidendam
nec non vendendam donandam vendendam
commutandam alienandam et in eos, qui
illi meliores et utiliores videbuntur usus
convertendi, nostro tamen et Successorum
nostrorum ad id consensu speciali accedente.
Cæmentes prænominatum Matiam Bles=
sczynski et illius Successores advocatiæ
Czepicen possessores, ab omnium Judicium
Subjudicium Capitaneorum Vicecapitaneo=
rum et aliorum quorumvis Officialium Re=
gni nostri nominatim vero Capitanei Cze=
picen jurisdictione et potestate, ita ut Ci=
tatus, Successoresq illius Citati, coram ne=
mine altero, nisi coram Nobis nostrisq
Successoribus, ratione quarumvis injuriarum

rianum respondere sint obstricti et obligati,
sed et ab omnibus censibus redditibus oneribus
ac servitijs Nobis vel Capitaneo nostro Cize=
pricensi præstandis. Expeditione bellica
bellica per Advocatum hrzepricen justa an=
tiquam consuetudinem præstari debita in
robore reservata, In cujus rei fidem et testimo=
nium Sigillum nostrum præsentibus est sub
appensum Datum Varsaviæ ipso Die Sancti
Luce Evangelistæ Anno Domini MDLVIII
Regni vero nostri XXIX. Præsentibus Rndo
in Christo Patre Magnificis Generosis et Vene=
rabilibus Joanne Przerembski nominato
Episcopo Chelmen et Regni nostri vicecancel=
lario Nicolao Trzebuchowski Castellano Gne=
snen Cubili nostri Præfecto Burgrabio Cra=
covien ac Brzostek Selovien Rogoznen q.
Petro Oleari Castellano Crimen et Lauen
Joanne de Ciecpino Regni nostri Cancellario
Cracovien Generali, Oswiecymen Zathori=
en Duratuum Sandecen Olutinenque, Ca=
pitaneis. Stanislao Kamkowski juris utriusq
Doctore Gnesnen et Curiæ nostræ Referendario
Andrea Przerembski Cracovien Stiborio Krzy=
howski Scholastico Wladislavien et Craco=
vien, Petro Cracechowski Vilnen et Varsa=
vien Canonicis, Nicolao Lasski mensæ nostræ
Præfore, Nicolao de Mielecz Capitaneo Cmiel=
nicen Secretarijs nostris, et alijs quam pluri=
mis fidedignis circa præmissa existentibus.

Datum

Datum per manus prefati Reverendi in
Christo Patris Domini Joannis Lizerembski
Nominati Episcopi Chelmen et Regni nostri
Vicecancellarij.

Relatio ejusdem

Ordinatio Poste Cracovia Ve=
netias et super eandem Generosus
Prosper Provana perficitur.

Sigismundus Augustus &c

Significamus presentibus Literis &c Quod
Nos nostro et Subditorum nostrorum commo=
ditati consulere volen, quo et Nos et ipsi com=
modius tam Literas in Italiam transmitte=
re quam alia negotia ibidem dispone re prose=
mus, Postam ut vocant seu equos dispositos
Cracovia Venetias habere, eamque continuis
temporibus annis et diebus singulis tene=
re instituimus. Cui quidem Poste, ut eo dili=
gentius accuratiusque gubernetur Gene=
rosum Prosperum Provanam, Agentem Ca=
veris nostrum, cujus Nobis virtus et de=
steritas est perspecta perfecimus perficimusque
Literis hisce nostris ac pro gubernatore et
agente seu curatore ejusdem haberi agno=
sique ab omnibus volumus, dantes illi
plenam et omnimodam potestatem, Postam
ejus modi ac cursores cum equis regen,
gubernand

gubernand et alia omnia quae ad gubernato-
rem agentum et curatorem Posto Pertinent
Pavien et exquendi. Nos vero sumptum omne
tam in Cursores quam equos ac alia ad id ne-
cessaria una cum domo libera et commoda
alijsque ad id necessarijs suppeditare debebi-
mus. Ipse vero Provana Salaria a Literis
provenien in Scrinium asservare, atque ad
fiscum nostrum inferre rationemque exactam
de perceptis et expensis facere tenebitur. Ut
autem ejusmodi negotia eo facilius curare
et disponere possit, domum, quam Cracovie
conductam ejus rei gratia est, ab excipiendis
hospitijs hominibus tam nostratibus, quam
peregrinis ac ceteris omnibus oneribus libe-
ram et immunem esse omnino volumus. Quod
omnibus Subditis nostris in Regno nostro
et praesertim in Civitate Cracovien existen-
tibus tum et Regni nostri ac Curie Mar-
scalcis denunciamus mandantes, ut or-
dinationem hanc nostram in omnibus
ratam et firmam observent. Neque eam
ulla in Parte violare audeant pro gratia
nostra. In cujus rei fidem ac Datum Varsa-
vie ipso Die Sancti Luce Evangeliste. Anno
Domini MDLVIII. Regni nostri XXII
Sigismundus Augustus Rex mp

Idem cui supra et eodem tem-
pore

pore Annuum Stipendium 366
florenorum ex Zuppis Cracovi=
en, pro quolibet festo Sancti Michaelis ad vita
suae extrema tempora percipien, assignatum.
Sigismundus Augustus Rex sit

Advitalitas famato Stanislao
Kliepari Super Advocatiam
in Oppido Plonsko sitam, ac
super omnia ad eam quoquo modo ex an=
tiquo pertinen data. Litera in forma Solita
Cancellaria extradita. Varsavia Die XIX.
Octobris, Anno Domini MDLVIII Regni
nostri XXIX.

Relatio ut supra

Consensus cum advitate Ho=
nesto Martino Sufliga Civi Var
sovien datus, super exemen mo=
lendinum in fluvio Czarna, cum Lacu
Pnicha vulgariter dicta, ac agris ad illud
pertinen, inter villas Brodno et Zambko=
wa Wolia in Districtu Warsovien sit, de
manibus Honestorum Martini Suwek et
Andreae Neprotis ejus ex fratre prodicti

molendini

molendini modernorum possessorum ac aliorum
omnium jus et interesse aliquod ad prædictum
molendinum habend ac Litera in forma Can=
cellaria extradita Warsoviæ ipso die S. Luce E=
vangelistæ Anno Domini M D LVIII Regni
nostri XXIX.

Relatio ut supra

Confirmatio Literarum infrade=scriptarum pro Parte Oppidanorum Liwensium

Sigismundus Augustus &c
Significamus ac Exhibitas esse coram No=
bis Literas in Pergamena scriptas Illustrium
olim Stanislai et Joannis Massovie Ducum ti=
tulo et Sigillo communitas varias omnique
suppitione vacantes, constitutionem Contribu=
tionis nostre de agris et domibus Oppidano=
rum Liwen, tum etiam restaurationem por=
tus ad Oppidum Liw spectant, ac liberam in=
cisionem lignorum ad prefati pontis repara=
tionem in Nemoribus ville nostre Korythni=
cra exactionemque thelonei ex eodem ponte
per ternarium a curribus et bobus conces=
sas in se continen. Supplicatumque est Nobis
quorundam consiliariorum nostrorum nomine
pro parte eorundem Oppidanorum Liwen, ut
prefatam exactionem thelonei ipsis Oppidanis

super predictum Pontem propter ejus sæpissimas
reparationem damnaque, quæ ex eo sequuntur,
augxeremus, Literasque intrascriptas approba=
re ratificare et confirmare dignaremur. Quarum
tenor est iste. Stanislaus et Joannes Dei gratia
Duces Masovie Russie &c Significamus no=
stris Literis quibus expedit generaliter univer=
sis. Quomodo cupientes commoditates nostras
ac oppidanorum nostrorum Liwen ad melio=
ras reducere conditiones, pontem per loca vado=
sa in quibus vectores et ceteri plerique ho=
mines damna subire soliti erant, non modi=
ca denuo construendum et constituendum per
prefatos oppidanos nostros Liwen volumus
quibus in Subsidium pontis predicti consti=
tutionem ex gratia et benignitate nostra Du=
cali dedimus Contributionem moderatam me=
diam de agris et Domibus utriusque Oppidi
Nobis solvend ac robora ad constructionem et
in futurum reformationem ex Hemeribus
nostris Korytnicza concessimus. Damusque
et concedimus temporibus perpetuis prefa=
tibus totiens quotiès opus fuerit, quem pontem
modo debito ac firmo per omnia loca vadosa
et sicca usque ad campum, et non stricto con=
struere debent, in occasione indebito constru=
ctionis prefati pontis transeuntes damna
aliqua, quod absit, percoperint provident. La=
tione cujus Laboris, et Edificij, et ut prefati

Oppidani

Oppidani auuratierem tam in construend
quam in futurum reformand pontis pre=
fati adhiberent diligentiam, damus et ad
mittimus eisdem pro reformatione Pontis
prefati, ab uno quoque curru onerato per
dictum pontem extra Ducatum eunte per ter=
narium duntaxat recipere, in Ducatum ve=
ro a curribus oneratis versus Posnaniam Vra=
tislaviam aut extra fines Ducatus nostri
transeuntibus similiter per ternarium. Cum
vero aliquem per pontem prefatum boves
pellere contigerit, a quinque bobus non plus
quam ternarium recipere debent. Diebus fo=
rensibus septimanatim et annuatim fieri so=
litis in Oppidis predictis duntaxat exceptis,
ad quem ormes et singuli Status et conditi=
onis cujuscunque homines cum omnibus et
singulis mercibus et rebus equitantes, seu=
ré liberam habebunt transitus facultatem,
sine quovis impedimento, arresta et Solluti=
one, ad cujus quidem pontis provisionem
et reformationem, Proconsules et Consules
pro tempore existentes astringimus. In cujus
rei testimonium Sigillum nostrum medio=
cre presentibus est Subappensum. Actum
et datum in Carwolin sabbato in Vigilia
Sancti tome Apostoli. Anno Domini Sab=
bato in vigilia Sancti Thome Apostoli. An=
no Domini Millesimo quingentesimo vige=

simo

simo Secundo. Nos itaque Sigismundus Au=
gustus Des prenominatus Supplicationi
predicto benigne annuentes, Literasque pre=
insertas ratas et gratas habens, eas omniaque
in eis contenta de verbo ad verbum approban=
das confirmandas et ratificandas duximus,
approbamusque, ratificamus, et confirmamus
in omnibus earum punctis clausulis articu=
lis et conditionibus presentibus Literis nostris.
Exactionemque prefatam Thelonei in Oppi=
do nostro Liw de ponte suprascripto presen=
tibus Literis nostris augimus, ut quod prefati
Oppidani Liwenses a Curribus et Bobus
ab hominibus suprascriptis per ternarium
Teloneum accipiebant nunc vel a modo per
solidum a similibus curribus ac bobus per=
petuo accepturi sunt. Decernen Insuper pre=
fatas Literas robur debito et perpetue firmi=
tatis obtinere debere. In cujus rei fidem et testi=
monium Sigillum nostrum presentibus est
appensum. Datum Wadsavie, Die decima
nona mensis Octobris Anno Domini MD=
LVIII Regni vero nostri XXIX.

Relatio Legis in Chri=
sto Patris Domini Jo=
annis Strzemboszki Do=
mini Episcopi Chet=
men et Regni P. Vice=
cancellarij.

Constitutio

Constitutio Exactionum Duillarum et Podvodorum Oppidi Grodźiecz.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis quorum interest universis. Quod cum detulissent ad Nos in querela Oppidani nostri Grodecen magnum illis quotannis per exactores Duillorum nostrorum in exactionibus ipsis exhiberi negotium, cum ad majorem exactionem, quam eam, quæ ex veteri consuetudine, ex Civitate ipsa præstari debetur, eo vergi asseverasset. Supplicassentque, ut Nos nunc tandem ea rationes initremus, quibus eos in posterum ab ejusmodi difficultate liberos faceremus. Nos et ex quietatione anni præsentis per Generosum Albertum Gliniecziki Notarium et exactorem Duillorum Capitaneatus Czyrnen illis data, et ex aliquot aliis per hujusmodi Exactores superioribus annis illis datis, eos non nisi Sexagenos Polonicales marcarum moneta et numeri Duillorum nomine ex veteri more Nobis et Reipublicæ debere animadvertentes ipsos in hac veteri consuetudine conservandos duximus, uti quidem conservamus præsentibus. Ita videlicet ut quoties cunque Exactis Duillaris secundum aliquam consuetudinem exigenda per Nos decreta fuerint, illius

nomine

Cives ipsi Grodecen non plus quam Sedecim
marcas numerent ac prestent, prestanique ac
numerari teneantur, et sint astricti perpetuis
temporibus. Quod Exactori Ducillorum nostrorum
moderno et pro tempore existentibus denunciamus
mandantes, ut cives ipsos Grodecen in hac pre=
rogativa illis per Nos concessa conservent, neque
in eos deinceps quicquam in contrarium hujus
ordinationis statuant. Preterea ijdem Cives no=
stri Grodecen in eo se esse gravi affectos in=
juria, cum ad nos detulissent, quod ij quibus
Litere podvodarum a nobis dantur, Literis i=
psis ea ratione abuti soleant, q licet in unam
atque prefinitum tempus eisdem a Nobis con=
ferantur, earum tamen serie, toties quoties eos
ire contingat uti presumunt, ac Cives ipsos
ad prestandas sibi podvodas sine ullius diferi=
mine temporis cogunt. Nos in eo modum
ad consuetudinis antique proscriptum statu=
ere volentes, statuimus ac presentibus decer=
nimus, ut quicunque Literis podvodarum no=
strarum fretus ad prestandam sibi podvodam
Cives ipsos requisiverit, illis duntaxat Literis
que tempus quatuor septimanarum a data
illarum computandarum non excesserint, pa=
rere ac morem agere cogantur. Aliquin ex=
pirato quatuor hebdomadarum tempore
ab eis necessitatem hanc tollimus, nec

eos

eos ad prestandam Podvodam ipsam eogi ac
compelli a quoqm posse, presentibus Decla=
ramus. Dummodo gravis aliqua causa, et ea
que in Literis podvodarum expressa fuerit,
non intercesserit. Et quod omnibus quorum
interest denunciamus mandantes, ut presa=
tos Cives nostros in hac prerogativa per Nos
illis concessa conservent, neque quisquam con=
tra tenorem eorum in eos statuere presu=
mant. In gratia nostra. In cujus rei fidem &c
Datum Warsaviæ Die 11 Octobris. Anno
quo supra.

Relatio ut supra

Incorporatio bonorum inpraseri=
ptorum Ecclesiæ Parochialis in
Villa Sthoczek ad Capitaneatum
Liathovien pertinen.

Sigismundus Augustus &c

Significamus Universis et Singulis presen=
tibus et futuris presentium notiam habi=
turis Quod Nos pro eo Studio, quo in augen=
dum cultum Divinum propendemus, ad addu=
cti quoque intercessionibus certorum Consi=
liariorum nostrorum pro honorabili Marti=
no Plebano Ecclesiæ Parochialis in villa nostra

Prozek

Stoizek in Capitaneatu Lathovien consistente
factis molendinum et Piscinam nostram in Ca=
pitaneatu Lathovien, in loco ubi rivulus dictus
Hotodziazdz exurgit sita, quæ supraexpressa idem
Honorabilis martinus in fundo bonorum no=
strorum predictorum ex admissione et concessio=
ne Magnifici olim Anne Palatine Podolie pro=
tunc eorundem bonorum domine usufructua=
rie de novo extruxerat ac portionem agri et pa=
scuæ ad pertinent, quæ similiter ex admissione
predicte Magnifice Anne in fundo predicto=
rum bonorum extirpaverat. Et quæ tandem
a Deo olim Parente nostro desideratissimo, idem
Honorabilis martinus titulo usufructuario ad
tempora vitæ suæ extrema concessa habuit,
ea ipsa jam eorunc eidem Honorabili Marti=
no ac ejus posteris Ecclesiæ præfato in villa
nostra Stoizek Plebanis ad Ecclesiam præsa=
tam cum omnibus bonorum suprascriptorum
utilitatibus fructibus et proventibus ac quo=
vis jure Dominio et proprietate in fundum
hereditarium titulo perpetuo et irrevocabilis
donationis dandæ, concedendæ adjungendæ et
incorporandæ duximus, uti quidem hisce Literis
nostris damus donamus concedimus adjungi=
mus et incorporamus perpetuo et in eorum
per præfatum Honorabilem Martinum et
ejus posteros Ecclesiæ præfato Plebanos bona
præfata teneri habenda possidenda et uti=
» donand= fruenda

fruenda temporibus perpetuis. Quo etiam
Bona suprae expressa per Nos praesentibus Eccle-
siae praefatae donata et incorporata ab omni ju-
risdictione quorumcunque Judicum Secularium
ac a jure consuetudine et quovis onere servitu-
teque terrestri, eximenda, eaque Libertati et im-
munitati Ecclesiastice adscribenda et incorpo-
randa duximus, prout eximimus adscribimus
et incorporamus harum serie Literarum, ita
quod deinceps Ecclesiastica reputari ab omnibus
debeat, et libertate immunitateque Ecclesiasti-
ca instar aliorum bonorum Ecclesiasticorum
potiri et gaudere censeantur. In cujus rei fidem
et evidentius testimonium Sigillum nostrum
praesentibus est appensum. Datum Varsaviae
Sabbato in Crastino festi undecim millium
virginum Anno Domini MDLVIII Regni
vero nostri XXI

Relatio ut supra

Advitalitas Prowdo Franciscus
Szarek Advocato in villa Izdebno
et Filijs ejusdem Legitimis, videlicet Joanni et
Stanislao super Advocatiam in villa Izdebna
ad Capitaneatum Osiecnensem pertinen data.
Eatenus conditione adjecta q. liberum erit
Regiae Majestati praedictam Advocatiam de
manibus praedictorum, si necessitas aliqua
postulaverit

postulaverit propria pecunia et non aliena
redimere. Litere in forma Cancellaria extradite
Varsavie die X.XII. Octobris. Anno quo supra

Relatio ut supra

Eodem Loco et tempore similis ad=
vitalitas est data Nobili Zophie
Dembienskiey Conjugi cum filijs suis legi=
timis Paulo Joanne Christophoro Dembienskie=
mi super agros vulgo Kathy Franczkowe nun=
cupatos penes villam nostram Trzebiszbor
jacent et ad Capitaneatus Lathovien pertinen=
tes. ~~~

Concessio Venerabili Capitu=
lo Ecclesie Warsawien quod
possint in torrente fluvij nun=
cupati Ugoszcza aggerem ex=
truere, ac molendinum et Pi=
scinam effodere eorundemque
perpetua Donatio.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presentibus Literis &c Quia an=
nuen Supplicationibus quorundam Consili=
ariorum

arionum Nostrorum pro Venerabili Capi-
tulo Ecclesiæ nostræ Collegiatæ Warsavien
Nobis factis simulque grata habentes ob-
sequia, in honorem Dei Omnipotentis in ea-
dem Ecclesia nostra Dioecesis Posnanien per
Prælatos et Canonicos nostros quæ diligenter
implent, ab eisdem proficiscentia et pro Divi-
ni Cultus augmentatione in Commodum et
Subsidium ejusdem Capituli in Flumine seu
torrente fluvij nuncupati Ugoszcza. Qui tor-
rens seu fluvius bona nostra Regalia villa-
rum nuncupatarum Wielgie et Brzoza di-
vidit ripparn ex una parte inter nostra bona
prefata Regalia et Capituli Warsavien vil-
la Zielieniecz parte ex altera dicti fluminis,
et inter molendina nostrum Regale Simonis
nuncupatum ad Wielgie villam, et Prædium
nostrum spectans, et aliud molendinum Ca-
stra ejusdem Capituli; ad quod flumen pre-
fatum decurrit inferius consistens ad extruen-
dum et appliean aggerem ubi conventius
dictum Capitulum aggerem prefatum erigere,
et ad litus nostrum appliicare et molendinum
ac Piscinam, citra tamen gravem bonorum
nostrorum inundationem extruere aut effodere
possit et valeat. Damusque concedimus cum
omnibus et Singulis utilitatibus proventibus
ex dicto molendo construendo percipien et pi-
scibus ex Piscina eadem prenden, absque no-
stro et Successorum nostrorum impedimento,

temporibus

temporibus perpetuis. In cujus rei testimo=
nium Sigillum nostrum praesentibus est ap=
pensum. Datum Warsaviæ feria Secunda
ante festum Sancti Simonis et Iudæ Apostolo=
rum anno quo supra

Relatio ut supra

Advitalitas Kobilibus Bri=
xio Umiezki ac Nicolao et
Laurentio filijs ejus super molendinum in
fluvio Lito existentem Litere in forma Can
cellarie extradito Warsaviæ Die XXIIII O=
ctobris Anno Domini Millesimo quingente
simo quinquagesimo octavo Regni nostri
XXIX

Relatio

Donatio Perpetua duorum Man=
sorum ex commensuratione
Oppidi Chorzelie excrescenti=
um Ecclesie Parochiali in Op=
pido Chorzelie

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quia Nobiscum animo re=

volven

volvend quam præcipua hæc sit cura et be-
nignitas in humano genere, quæ ad Dei vivi
Cultum verbique ejus, quod nullo unquam
tempore transibit in mentibus animisque
hominum amorem procreandum et habili-
end pertinet certoque edicti. Ecclesiam Parochi-
alem in oppido nostro Chorzelie Capitane
atui Ciechanoviens pertinend ita esse provi-
sam, ut quo vitam Parochus ejusdem Ecle-
sia sustentet habere vis possit. Ejus itaque
rei causa Plebanus modernus Chorzelien
Honorabilis Nicolaus Kotharski Artium
Magister per quosdam Consiliarios nostros No-
bis supplicavit, ut Ecclesia illius fundum Pa-
rochialem in Oppido nostro Chorzelie aliqua
clementia nostra Regia ordinaremus. Quam-
obrem Nos eidem Plebano, alijsque circa ean-
dem Ecclesiam Parochis pro tempore existenti-
bus, ut majori cum dignitate hæc nostra Ec-
clesia gubernetur, de certa Scientia et volunta-
te nostra Regia, duos mansos ex commensu-
ratione Oppidi nostri Chorzelia excrescentes,
seu residuos quos nunc Oeconomus noster Pra-
sinipen Generosus Stanislaus Kobilnicztki Ve-
silliser Zacroczymen prædio Curia Chorzelien
addere voluit, quosque et nunc possidet jure per-
petuo et irrevocabilis donationis cum omni-
bus mansorum prædictorum utilitatibus fru-
ctibus fructibus proventibus, ac quovis jure

dominio

dominio et proprietate perpetuis temporibus
dandos donandos et concedendos duximus, pro=
ut eznunc damus donamus et concedimus,
presentibus ita late longe et circumferenti=
aliter, prout in suis metis et limitibus sunt
distincta et limitata ac in ipsum Rothardi
episque Successores Parochos Chorzelien
transfundimus, nosque fundo Ecclesie prefa=
te Plebani adscribimus et incorporamus. Qui=
quidem Plebanus et alij pro tempore esti=
stentes, ita in possessione ipsorum mansos
ipse debebunt, ac juribus et prerogativis
in eadem Ecclesia gaudebunt, quemadmodum
jura et consuetudines Ecclesie patiuntur. Quam
quidem donationem predictorum manso=
rum a Nobis factam ratam et gratam ha=
ben, eam firmam esse volumus et decernimus,
adeo ut nullis alijs Literis nostris in contrari=
um fortasse datis neque Successorum nostro
rum infringi aut violari possit, sed apud
ejusdem Ecclesie Parochum aliosque pro tem
pore existentes Parochos Chorzelien perpetuo
permanere debebit. Harum testimonio Lite=
rarum et Datum Varsavie Dei et anno qui=
bus supra.

Relatio Dñi in Christo
Patris Dñi Joannis Prze=
mbski Nominati Episco=
pi Chelmen et Regni
Poloniæ Vicecancellarij.

Conventus

Conventus Regni generalis Lio=
trovie pre die Dominico in Ca=
stino S. Helisabet indictus Anno
Domini M D L V I I I.

Szredensis
Sandkowien
Sencicien
Radziejowien Die Sacro animarum
Raciazonen
Rawen
Lipnen
Wiclunen Sabbato in Crastino Sanctorum
Simonis et Iudæ apostolorum
Generalis vero in Kolo feria Secunda post
festum Sancti Martini proxima.

In Palatinatu Mazovia

Warsowien feria secunda ante festum San=
ti Martini proxima
Czernen
Lozanen
Wisegroden
Zakrozimen Die Sacro animarum
Wiznen
Huren
Liwen
Ciechanowien
Generalis ejusdem Palatinatus Warsavia
feria

feria tertia ante festum S. Martini proxima

In minori Polonia

Prospouriend feria quinta in Vigilia Sancti Martini

Opathowiend feria quarta ante festum Sancti Martini proxima.

Wisnen

Camenecen

Belzen

Lublinen

Chelmen

Generalis in nova civitate Korczyn Sabbato in crastino S. Martini

Litere Comitiales ad majores Consiliarios

Sigismundus Augustus &c

Magnifice Syniere Nobis dilecte. Posteaquam Sinceritatum vestrarum sententiam de loco et tempore comitiorum, et Literis earundem cognovimus, maxime partis consensum secuti sumus, ut et quamprimum fieri posset, ea indiceremus et locum legibus praescriptum eligeremus. Quandoquidem causa illorum in confiniis designand per Status Magni Ducatus Lithuanie sublata est et locus utique aptus hibernis praesertim tempore ad diuturnam commorationem propter magnam

negotiorum

negotiorum molem Syncritatum vestrarum
gratia cupiendus erat. Designavimus itaque
Petricovie Comitijs locum ad diem Domini-
cum postridie Sancte Helisabethe eaque de
re Syncritatem tuam certiorem facimus,
ut et ipsa sese jam ad negotia Reipublice
paret et ceteris authoritate sua Ducem et au-
thorem se ad ea capessenda prebeat. Nam
si unquam magna et ardua negotia in Re-
publicia fuerunt, nunc certe tot et tanta in
unum tempus concurrerunt, ut cum inge-
nium et industriam, tum summum omni-
um ordinum studium et amorem in Rem-
publicam exposcant; in quibus est executio
legum, que ut ad exitum perducatur, jam
ante Literis universalibus perscripsimus, quod
Nos fecisse sumus, quod item alios facere
velimus. Nimirum ut omnes tam de bonis
nostris Legalibus, quas adversus constitutiones
Majorum nostrorum obtinent, quam de digni-
tatibus et officijs, quibus simul per Leges fun-
gi non possunt, atque etiam de exactioni-
bus et privilegijs, contra publicam liberta-
tem, sive sint ea Spiritualium sive Secula-
rium sive Civitatum sive privatorum cogni-
tionem subeant suaque jura et Privilegia qui-
bus se tueri velint demonstrent, Alioquin si id
non fecerint, causa et omni defensione deinceps
cadant. Deinde sicuti et tractatio de defensione

et

et præsidio Regni contra hostes, qui illi un=
dique imminent, omnium vero maxime
formidabilis immanissimus nominis Chri=
stiani hostis Turca, qui jam fines et viscera
Regni penè contingit, et procul dubio illi
quem admodum multis argumentis constat,
toto animo incumbit. Quin etiam Moschus
præterquam quod Ditiones nostras semper
appetiverit, nunc etiam magnam partem
Livoniæ ditioni suæ finitimam occupavit,
aliquot Civitates oppulentissimas et arces
valde munitissimas cepit et præsidijs fir=
mavit, ac eo successu, ipse ad totam Livo=
niam et portus præcipuos in potestatem
suam redigendos sese parat. Qua janua ab
illa parte patefacta quantum periculum non
solum magno Ducatui Lithuaniæ, verum
etiam Terræ Regno marique metuendum
sit, a tam potenti hoste et dominandi cu=
pido res ipsa declarat et hortatur ut tempesti=
va remedia contra hoc malum adhibeantur.
Præterea se offerunt domestica et intestina dissi=
dia in tanta hominum licentia et frequen=
tia novationum quæ nisi fuerint sublata, ne=
quicquam de præsidijs contra externum hostem
consilia suscipientur. Quamobrem de his quæ
vel tollendis vel corrigendis diligens et accu=
rata deliberatio erit ineunda. Tum id quod
Sinceritati tuæ diligenter, jam in tempore con=
sideranduem

sideranduem est, cum tanta negotiorum mo-
les in hij Comitijs Nobis incumbat, et jus
dici sit necesse: quod quidem a Nobis debi-
tum esse Subditis nostris agnoscimus et eisdem
præstare cupieremus, Verum intelligimus u-
triqne rei Nos vacare simul non posse: qua-
nam ratio suscipienda sit in hij Comitijs,
ut neque judicia a quoque desiderentur et ex-
pectata tantorum et tam necessariorum ne-
gotiorum tractatio minime impediatur. Cum
autem sint hæc ad deliberationem Comitiorum
proposita Sinceritati tua particulari Conven-
tui præsens adeirit,
atque etiam generali, qui
Comitia Regni præcedet dabitque operam,
ut nuntij eligantur cum plena et absoluta po-
testate viri graves prudentes et amantes Re-
ipublicæ eorumque colligendorum quæ dispo-
luta in illam fluxerunt imprimis cupidi et
Studiosi: Ipsa vero tempori veniat ad diem Co-
mitiorum, ut consultationes de tot et tantis
rebus quamprimum suscipi possint. Et bene
valeant. Datum Warsaviæ Die XX Septembris
Anno Domini MDLVIII Regni vero nostri
XXIX

Ad mandatum Sæ
Rae Mtis proprium

Ad minores Consiliarios

Sigismundus Augustus &c

Generosi

Generose Fidelis Nobis dilecte. Postulantibus
gravibus et arduis Reipublicæ Regni nostri
rationibus Conventum Regni majorem Pio=
thoviæ ad diem Dominicum in Crastino
Sancta Elisabeth indiximus. Quem Conven=
tus Particularis in Prospoviza feria quinta
in vigilia Sancti Martini et generalis in no=
va Civitate Korczyn Sabbato in Crastino S.
Martini est de more præcepturus. Mandamus
itaque fidelitati tuæ, ut ad utrumque illum par=
ticularem scilicet et generalem Conventum
se conferat, et ut is placidè et decenter pera=
gatur. Quintijque prudentes et spectatæ in=
tegritatis, cum plena potestate ad Regni Ge=
neralia Comitia profecturi a nobilitate de=
ligantur det operam ac deinde ad ipsa gene=
ralia Regni comitia veniat Nobiscum et
cum cæteris Consiliarijs de Reipublicæ et Re=
gni nostri rationibus consultura. Veniet
autem fidelitas tua tempestive et ipsa Nos
expectabit potius, quam se a Nobis espe=
ctari patiatur. Faciura pro officio suo et
gratia nostra. Datum ut supra

Ad mandatum S.R.
Majestatis ejus proprium

Ad Capitaneos

Generose fidelis Nobis dilecte. Gravibus et
arduis

arduis causis adducti generalia Regni Comi-
tia Piothrouiæ ad diem Dominicum in Ca-
stino S. Elisabeth habere instituimus. Duæ
Conventus aly demere præcedant. Particula-
ris quidem in Prospouiitze ad diem Iouis in
vigilia S. Martinis. Generalis vero in nova
Ciuitate Korcryn Sabbato in Castino Sancti
Martini, mandamus igitur fidelitti tuæ, ut
hos ipsos Conventus et generalia Regni Co-
mitia in Ciuitatibus et Oppidis sua Præfe-
ctura die nundinarum siue fori ut moris
est voce Præconis promulgari et proclamari
curet. Mittimus etiam fidelitti tuæ Literas
partim certis hominibus in Cancellaria nostra
inscriptas, partim etiam sine inscriptione ut
has, quidem præcipuis ex Nobilitte, quos in
Præfectura sua nouerit inscribi inscribi jube-
at, et tam eas quam illas alias, ijs quibus
inscripta sunt transmittat, Ipsaquoque fide-
litas tua tam particulari quam generali Con-
ventibus supramemoratis interfit, et det
operam cum cæteris, ut Iuntij ad Gene-
ralia Regni comitia rite, et secundum Sta-
tuta Regni non contentiosi. Verum graves
et periti rerum ac Rei publicæ amantes
eligantur, cum plena et non limitate potesta-
te de omnibus Regni rationibus, nobiscum
et cum alijs Regni Senatoribus consultari.
Facturæ F. tuæ pro officio suo et gratia no-
stra. Datum ut supra. Ad mandatum Sæ
Regiæ

Regiæ Majestatis proprium

Ad eosdem

Sigismundus Augustus &c
Generose Fidelis Nobis dilecte. In exitu pro=
xime antacti Conventus Petricovien, uni=
versalium Literas in publicum edidimus, qui=
bus jussimus Civitates omnes Regni nostri
in proximis Comitijs in quibus de Regum
exequutione tractatio susciperetur cum Pri=
vilegijs suis adesse de jure emporiorum sive
depositiorum seu alijs quibuscunque Literis
quæ juri communi derogare viderentur. Ip=
sum imminentibus jam Comitijs quæ Pio=
trkovie ad Diem Dominicum postridie San=
cte Helisabethæ indiximus renovandum
duximus et fidelitati tuæ mandamus, ut in
Præfectura su Civitalibus omnibus voce
præconis publice denuntiari cures et cum
ejusmodi Privilegijs in Comitijs hisce coram
Nobis et Senatu Regni nostri compareant, ne
postea ulla ignorantiæ accusatione hac in Par=
te se tueri possint. Pro gratia nostra secus non
facturus. Datum Warsaviæ Die XXVIII Se=
ptembris Anno Domini MDLVIII Regni
nostri XXIX.

Ad mandatum Sæ
Regiæ Mattis proprium

Ad

Ad Capitula videlicet Cracovi-
en, Sendomirien, Leoprolien, Pre-
mislien, et Camenecen.

Sigismundus Augustus &c
Venerabiles devote Nobis dilecti: Quamvis jam
antea recessu Warsovien publice denuntiatum
a Nobis fuerat ut si aliqua Privilegia vel an-
tiqua Familia vel venerabilia Capitula ha-
berent asservata, quae ad jus publicum vel alio-
quin ad rationes Regni vel Reipublicae in qua-
cunque illius Parte pertinerent ea in medium
proferrent, propter has de republica tractationes
commodius suscipiendas quas Nobis sunt bo-
nis recessibus Petricovien et Warsovien ad
proxima Comitia proposita; tamen cum jam
Comitiorum tempus Petricovio ad diem Domi-
nicum postridie S. Elizabetho indiceremus. Do-
minationes Vestras iterum peculiariter hortan-
das esse duximus, ac mandata ad illas danda, ut
ejusmodi Privilegia quae superius commemora-
vimus, Et de quibus in recessu praeterito Warsa-
vien sit mentio, quae proferri in lucem Regni
ac Reipublicae interest. Petricoviam ad hae pro-
xima Comitia Nobis ac Senatui nostro vel
ipse perferant vel suo nomine perferri curent,
ne aliquid Reipublicae deesse propter illas
videatur. Facturo pro gratia nostra, et sua
in communem patriam et Rempubliam fi
de ac pietate. Datum Warsaviae Die X. XIIII.
Mensis

Mensis Septembris. Anno ut supra

Ex commissione S.M.is
propria.

Ad Officiales

Sigismundus Augustus &c

Generosi fideles dilecti. Instituimus generalem
Regni conventum Piotrkovie ad Diem Domi=
nicum in crastino S. Elisabet celebrandum
exigentibus in variis et arduis Reipublice
Regni nostri negotijs, ante huius vero cele=
brabitur more soleto Conventus Particularis
in Prospowiesze ad diem Jovis in vigilia S. Mar=
tini Episcopi et generalis terrestris in nova
Civitate horeizyn Sabbato in Crastino S. Mar=
tini. Mandamus itaque Fidelitatibus Vestris
ut tum ipsum Conventum particularem Nun=
cios mittant, atque ibi cum alijs pariter Nun=
cios graves probos et prudentes vivos ad gene=
ralem Conventum cum plena et non limi=
tata potestate mittendos deligant ac ipse quo=
que suos pro more mittant. Faciet Fidelitas
tua pro fide sua et gratia nostra. Datum Var=
sauie Die XXV Mensis septembris Anno
Domini MDLVIII Regni nostri XXIX

Simili Exemplo ad Nobilitatem
Litere sunt scripte.

Nuncij ad

Huntij ad Conventus Particulares.

Ad Prosperien Dominus Stharozrziebskii
Ad Opathovien Nicolaus Firley de Dambrowicza
Ad Wisnien Lieśniowolski Secretarius
Ad Camenecen Dominus Georgius Jazłowiecki Capitaneus Czirwonogroden.
Ad Lublinen Stanislaus Liaspota Succameranius Lublinen. Ad Betzen Generosus Christophorus Krupski Capitaneus Hrodlen.
Ad Chelmen Zamoyzki Senator Chelmen

Litere clause ad Huntios

Sigismundus Augustus &c
Generose fidelis Nobis dilecte. Cognitam habentes fidelitatis tuae fidem studium et in Nos observantiam atque in rebus benegerendi dexteritatem, illam ad conventum Particularem quem in indiximus Huntium nostrum designavimus. Mandamus itaque fidelitati tuae, ut ad eum ipsum Conventum proficiscatur atque ad prescriptum instructionis hujus nostre quam illi mittimus legationem ipsam obeat, pro fide Nobis debita ac gratia nostra. Datum ut supra

Ad mandatum Sae Dne Mis proprium.

Litere

Litera fidei Huntijs ad Conventus Particulares designatis

Universis et singulis Prælatis Baronibus ac universæ Nobilitati in Conventu congregatis sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram Regiam. Syncere et fideles dilecti. Mittimus in medium Syncéritatem et fidelitatem vestrarum Venerabilem Secretarium nostrum, cui commisimus non nulla eaque ad rempublicam pertinent nostro nomine referre S. et F. V. Volumus itaque, ut eum et attente audiant, et ad ea quæ nostro nomine retulerit exequenda studium et diligentiam suam adjungant. Fauturos pro fide Nobis debita et gratia nostra Datum ut supra

Ad mandatum Sæ
Sæ M.t proprium

Instructio ad conventus Particulares Terrarum

Nihil unquam Sacræ Regiæ Majestati Domino nostro clementissimo potius fuit, quam toto animo et cogitatione in id incumbere quod Regni necessitas Reipublicæ utilitas et munus impositum postularet. Intelligens id et ad salutem ac perpetuitatem Regni cujus teneb gubernacula et ad suam justa ac ma

jorum

jorum suorum dignitatem pertinere. Proin=
de nihil unquam prætermisit, quod ad ejus=
modi faceret institutum in eoque potissimum
elaboravit, ut omnibus impedimentis e me=
dio sublatis, ad conservandum optimum Rei=
publicæ Statum, et præsidia illius, tam domi
quam fori tuendi comparanda, aditus ali=
quando fieret. Quo factum est ut Sacra illi=
us Majestas, præterquam quod prompta et pa=
rata semper fuerit etiam Literis et obsigna=
tione in anteactis Comitijs Legum sibi et
necessitatem quandam id præstandi imposu=
erit. Quod sua sponte cupiebat omnium vi=
delicet legum Regni executioni mandanda=
rum ut omnes intelligerent nihil illam
pro Republica deprecari nihil Subditis suis
negare, nullam viam aut rationem dispa=
gere, qua et sibi et illis ac etiam posteri=
tati in tanto munere, quod sustinet satis=
facere possit.

Præstare autem se id quod receperat primo
quoque tempore posse, et obtabat et speraba
scíens hunc perpetuum fuisse obicem, qui
prohiberet, quominus ad cætera, quæ ad Rei=
publicæ præsidium et incolumitatem per=
tinerent, perveniretur. Verum multa inter=
ea temporis intercesserunt quæ majestatem
suam vel invitam in medio cursu subsis=
re coegerunt, tum negotia Magni Ducatus
Lithuanie

Lithuaniæ, quo itu illius M. constituere cupi-
ebat, ut deinceps ad Regni negotia libere
posset accedere, tum tristes nuntij non solum
de incursione hostium in illius Majestatis di-
tiones et miseranda calamitate subditis il-
lata, sed etiam de apparatu eorundem ad
illas regiones denuo devastandas. Huc cura
et sollicitudo illius M.tis anciputem tenuit,
ut primum optimum esse existimaverit Comi-
tia quam primum indicere ad præsidium tan-
tum contra hostem qui nunciabatur immine-
re comparandum. Eaque de causa Literas ad
Consiliarios majores dimiserit, deinde cum id
illis non videretur, propterea, q nollent alte-
rius generis Comitia indici, quam qualia
recessibus Piotrkovien et Warsavien promis-
sa fuerant. Ipsa nulla mora interposita non
perfectis M.D. Lithuaniæ negotijs ad Regnum
se contulit, atque ipsi substitit, unde fama
de illius adventu celerius ad hostem perve-
nire posset, etsi res ita tulisset, ratio facili-
or ad auxilium ferendum pertlit antibus
regionibus constitisset, eaque fuit præcipua
ejus Majestatis in Brasmystaw mansionis cau-
sa. Quo nihilominus conjunctam secum
judiciorum et justitiæ utilitatem habuit. In-
de cum rumores de Hostibus conquiescis-
sent, quin etiam certis Nunciis sua Mas
acciperet illos retrocessisse. Contagionis au-

tem

tam magna existerent indicia ac impluries
quotidie permanerent discedendum sibi iste=
hinc putavit, ac aggrediendum tandem post
tot impedimenta interjecta ad id, quod sem=
per habebat in animo et lege et necessitate
obligationis sibi imposuerat.
Itaque cum ad id omnes ordines Regni conveni=
re et studia sua conferre sit necesse. Comitia
et Senatorum Regni Sententijs, quas per Lite=
ras explorant, Piotrcoviæ ad Diem Dominicum
postridiæ S. Stelysab et indicenda putavit.
Inquibus cum de multis et gravibus negotijs
tractandum sit, executionem tamen Legum
primum locum ejus Majestas sibi vult
vendicare, ut ea quæ sunt ad Regni tran=
quillitatem, robur, ac firmamentum omni=
umque et singulorum utilitatem, in Repu=
blica a Majoribus ejus Majestatis consti=
tuta vim et pondus suum habeant et in
singulis Reipublicæ partibus vigeant.
Quamvis autem jam ante Universalium Lite=
ris declaratum fuerit, quibus in rebus execu=
tio legum consistat, et quid ad illam quemq;
afferre oporteat. Tamen ut omnis excusatio=
nis aut protextus ignorantiæ tollatur occasio
repeti ea quæ prius sunt promulgata, in
singulis Territoriorum Conventibus ejus
Majestas voluit.
Dat igitur in mandatis Sacra Regia Maje=
stas perstrendo in eo, quod ante literis Univer=
salium

salium cunctis palam esse voluit, ut jam in hisce Comitijs omnes Privilegia Literas et jura quibus nituntur ostendant, quicunque Ali= qua Legia tenent, adversus Constitutiones Divi Kazimiri Avi quis Majestatis de arci= bus et Profecturis territoriorum jurisdictionem habentibus latas, vel contra Constitutiones patruorum ejusdem Majestatis Wladislai Magni de bonis ad munus Magni Procu= ratoris pertinentibus et Alexandri de datio= nibus et obligationibus bonorum, quae men= sa Regia propria essent, et de extenuationi= bus pecuniarum quibus eadem bona essent obligata.

Praeterea ut hi quoque compareant, qui mune= ribus incompatibilibus funguntur, sive ea sint officia sive dignitates, sive advitalita= tes sive soluta.

Tum ij etiam qui Telonea quaquam vel aggre= rum vel pontium in fluminibus privatim vel illa denique vectigalia in bonis suis exigunt.

Quod si quis horum latere vel cognitionem sua majestatis subterfugere, neque in his Co= mitijs sistere se voluerit, is intelligetur tan= quam juris victus causa et omni sua defen= sione cedisse.

Mandat insuper ejus Mtas, ut Cives et Incolae Civitatum tam in Regno nostro quam in Terris Prussiae Privilegia de jure emporiorum

in ijsdem

in ijsdem Comitijs demonstrent. Et si quas
praeterea Literas haberent, quibus jura com=
muni derogaretur

Eodem Pacto Domini Archiepiscopi et Episcopi
Literas proferre debebunt, si quas sint quidam
affirmant: / obtinuerunt contra publicam
libertatem

Ad hoc in ijsdem Comitijs cognitio institue=
tur de Advocatis Dominorum spiritualium
qui ab expeditione bellica sunt immunes.

Et qua in parte praeterea Praefecti Theloneo=
rum novorum muneris sui metas egressi
sunt in exigendis vectigalibus ijs modus
imponetur, ne quis praeter jus ab illis gra=
veter.

Causae quae in Judicijs introductae quo hacte=
nus terminatae non sunt, in ijsdem Proximis
Comitijs terminabuntur.

Ad extremum quod in recessu Varsoviend ad=
jectum fuit, quod cum multa Privilegia vel
Litera in Capitulis Archivis et antiquis fa=
milijs asservantur quae in lucem proferri
permultum Regni interest. Id nunc etiam
serio illius Majestas percipit, ut ea in hisce
Comitijs exhibeantur, ut simul cum reliquis
eorum fiat executio.

Denunciavit etiam illius Majestas Ordini=
bus Prussiae per eos quos ad conventum isthic
agendum misit, ut illi quoque ad sint ad

hoc

hoc Regni comitia, in commune de repu=
blica consultaturi.

His ita repetitis et denuo commoratis,
Sacra Regia Majestas Dominationes vestras
hortatur, ut ad ejusmodi tractationem in hisce
Comitijs suscipiendam nuncios eligant viros
graves et reipublicæ imprimis amantes, quo=
rum studia ad unum finem, et eundem diri=
gantur, dignitatem et utilitatem reipublicæ
non privata spectent commoda qui suas
cupiditates Reipublicæ necessitati postponant,
ut eo sint animo, ut quisque plurimum stu=
dij operæ industriæ laboris ad Rempubliam
in optimo statu collocandam afferre cupiat.
Idque sibi non solum gloriosum verum etiam
existimet maxime salutare.

Jam vero non arbitratur esse opus illius Ma=
jestas ut pericula quæ undique ab hostibus
Regno huic imminent. Dominationibus ve=
stris singulatim explicentur. Nam cum sua
cujusque Res agatur animadvertent, quanto
ab omni parte in discrimine versemur. Jam=
tum abest ut ab hoste aliquo ex ijs quibus est
vetus Nobiscum inimicitia prorsus tuti et secu=
ri simus, ut etiam major quotidie terror ab
ijsdem afferatur. Nam ut obmittamus Tar=
taros hostes Regni perpetuos Molestus præter=
quam quod Ditiones illius Majestatis sem=
per appetiverit, nunc etiam Magnam Li=

vonie

vonia Partem Ditioni suæ finitimam occupavit, aliquot Civitates opulentissimas, et arces valde munitas cepit ac præsidijs firmavit. Et eo Successu usus ad totam Livoniam et portus præcipuos in potestatem suam redigendos sese parat, qua tanua ab illa parte patefacta, quantum periculum non solum Magno Ducatui Lithuaniæ verum etiam Regno, Terræ, marique metuendum sit a tam potenti hoste et Dominandi cupido res ipsa declarat et hortatur, et tempestiva remedia contra hoc malum adhibeantur. Præterea Tyrannissimus Christiani Nominis hostis non jam mari interjecto, non regionibus aut provincijs a Nobis distat, sed jam ferme in fines nostros excurrit, et ad Regni viscera pertingit hominumque illius Majestatis cervicibus imminebit.

Quod cum ita sit Sacræ Regiæ Majestatis hortatu D. vestro sese excitent, et quamdiu licet Regno huic sibi conjugibus liberis posteritatique suæ prospiciant. Atque Nuncijs quos diligent committant, et mandent, ut communi consensu et defensione et præsidijs adversitatem Regni comparandis optimas quasque constituant rationes.

Quoniam vero frustra consilia ad arcendum et propulsandum hostem suscipiantur, si intus

dissideant

dissideant, illius Majestas operam dandam putat ut mala intestina quorum plena sunt omnia e medio tollantur. Eo enim Novatiorum licentia progressa est ut quodlibet sibi quisque licere putet, et non ad Legis præscriptum, sed ad suum vivat arbitrium, jamque in uno Regno et populo cum ijsdem sociato legibus et institutis tum mutuis copulato necessitudinibus, plura ac diversa Regna sibique dissimiles populi exoriri videntur.

Quod cum certissimam ad interitum demonstret viam alienatis a se invicem animis et extinctis ad una et eadem Regnorum Religionis et Reipublicæ conservanda studijs Sacra Regia Majestas monet etiam atque etiam Dominationes vestras, ut studia sua in unum colligant et Nuncios ejusmodi mittant cum plena et absoluta potestate qui una cum executione legum et defensione adversus externum hostem statuenda ad tollendam præterea dissensionem et quævis domestica mala extirpanda vere animum adjicient.

Ipse vero Illius Majestas nihil desiderare patietur, et non solum adjutricem sed etiam Ducem et autherem Dominationibus vestris fore pollicetur. Cum nihil prius habeant quam Regni hujus et Reipublicæ cujus cura illi

ra illi est divinitus commissa, incolumita
tem et salutem. Ad quam non solum Studium
curam, diligentiam, et laborem adhibere se debere
intelligit, verum etiam si necessitas exposcat
vitam et sanguinem. Non dubitans id omne
vicissim Dominationes vestras esse prosteturas, quod illarum fides in Sempbriam pietas
in Patriam, magnitudo periculi tam Domi
quam foris vese ostendentis requirit et flagitat.

Non etiam inter præcipua illius Majestas collocat, quod postremo in universalibus Literis adjectum est ut judicia in his Comitijs exercentur, cum juris et justitiæ administratio Divinis et Humanis legibus ab illa postuletur.
Intelligitque se frustra in alijs laboraturam, si
quod suum est, cuique non tribuetur.

Cæterum cum tanta negotiorum moles in hoc
Comitia inciderit, ut vix satis temporis ad ea
quæ superius commemorata sunt fore videatur. Neque alteri rei hoc uno tempore S.
illius Majestas recte se vacare probe existimat,
quin alteram necessario intermittere cogatur,
in Deliberationem id ejus Majestas Dominationibus vestris proponit, qua nam ratio
judiciorum pro hij saltem Comitijs in qua
longe plura et majora negotia, quam unquam
inciderunt reperiri possit et constitui, ut et

jus

jus petentibus dicatur et illius Majestas
non avocetur ab instituta tantorum nego=
tiorum tractatione

Postremo visum est illius Majestati ut ratio
Dominationibus vestris exponeretur ob quam
a recessu Warsaviens in edicendis Comitijs,
quod ad locum attinet sit discessum cum
enim ordines Magni Ducatus Lithuaniæ ad
communia Comitia unionis gratia pro=
pter illius Ducatus negotia et alia quædam
impedimenta adesse non potuerit, idque pu=
blice declararint, major pars Senatorum in
eam ivit Sententiam, ut Piotrcovia loco le=
gibus designato constituerentur, sublata e=
nim spe conventus mutui, ad conciliandam
cum ille Ducatu unionem ob quam locus
aliquis in confinijs designabatur superva=
neum existimarunt amplius eo se conferre,
tali præsertim et tam incommodo tempore,
quod multorum hominum diuturnam mo=
ram nullo modo pateretur statuerint. Itaq
remota causa comitia quoque inde ad con=
suetum locum optimo jure debere removeri.

Donatio Bonorum jure caduc
post Mortem Honesta

Famati

Famati Joannis Gleis Fabri=
armorum Ducis ad S. M. de=
volutorum Feudo Regni Vice=
cancellario.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex
Poloniæ &c
Significamus præsentibus Literis Quorum
interest universis. Quòd cum renunciatum
esset Nobis Honestam olim
Famati Joannis Gleis fabri armorum et Ci=
vis Gedanen Uxorem mortuam esse nullum=
que bonorum suorum hæredem reliquisse.
Nos Andi in Christo Patris Domini Joan=
nis Przerembski Nominati Episcopi Chet=
men et Regni nostri Vicecancellarij meritis
et precibus adducti, Ipsi omnia bona quo=
modocunque nuncupata post predicta
mortem ad Nos fisquumque
Nostrum Regium jure caduco devoluta dan=
da et donanda duximus, prout cum omni
jure dominio et proprietate, damus et con=
ferimus præsentibus Literis nostris per eundem
Andum in Christo Patrem Dominum Joannem
Przerembski nominatum Episcopum Chet=
men et Regni nostri Vicecancellarium bo=
na præfata ad Nos fisquumque nostrum Re=
gium

quum jure Caduco devoluta tenenda, haben,
et possiden ac in usus suos convertenda. Quod
omnibus quorum interest nominatim au=
tem Famatis Proconsulibus Consulibus to=
tique Communitati Civitatis nostre Feda=
ren notum facimus atque Literis nostris
mandamus, ut eorum bonorum omnium
possessionem adire, Indum in Christo Patre
Dominum Damum Przerembski nomina=
tum Episcopum Chelmen et Legni nostri Cu=
cellariu non solum ne prohibeant, sed
etiam quantum in ipsis est donationem hanc
nostram legitime aequantur. In quorum fi=
dem et testimonium sigillum nostrum pre=
sentibus est subappensum. Datum Warsavie
Die Vigesima sexta Octobris. Anno Domi=
ni MDLVIII. Regni nostri XXIX.

Relatio.

Eidem cui supra et eodem lo=
co et tempore simile jus Cadu=
cum post mortem Honesta
Famati Bartholomei Floeth
Uxoris est datum. mw

Advitalitas Famatis Barba=
re

ro Ulsen ac Paulo Stanislao
Matheo ac Joanni filijs Fama-
ti Joannis Drogosz Advocati moderni Som
zen super eandem Advocatiam est data, Si-
tere in forma Cancellaria solita extradite.
Warsaviæ Die XXVII Octobris Anno ut
supra.

Relatio cujus supra

Auctio Stipendij annui sexa-
ginta florenorum in Thesauro
Prussiæ assignati quadraginta
florenorum pecuniarum per generosum Jo-
annem Lisowski Camerarium nostrum pro
ejus in nos meritis in eodem Thesauro Prus-
sico Anis Margemburgen ad vitam pro quo-
libet festo Nativitatis Domini ab eo quod
proxime instat primam Solutionem incipi-
en percipien. Litere in Forma Cancella-
rie extradite, manu Regiæ Majestatis sub-
scripto Warsaviæ Die XXVIII Octobris. An-
no quo supra.

Arenda Capitaneatus Wielu-
nen Generoso Stanislao Konieez-
polski.

Sigismund

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quod Nos gratiam nostram
in Generosum Stanislaum Koniecznolski Ca=
pitaneum nostrum Wielunen testatam fa=
cere et thesaurum nostrum augere et ampli=
ficare volen, ipsi eundem Capitaneatum no=
strum Wielunen, quem non ita pridem a No=
bis concessum obtinet et possidet, arendan=
dum duximus prout arendamus per pre=
sentes Literas nostras ad vitæ illius usque
extrema tempora. Et quo quidem Capitane=
atu idem Stanislaus Koniecznolski Nobis
et fisco nostro annis singulis se sequentes,
pro quolibet festo S. Michaelis Archangeli
nomine prefatæ arendæ Mille et Ducentos
florenos numeri et monetæ Polonicalis in
Regno usualis trienis grossis quemlibet flo
estimen numerare et inferre, quolibet anno
sine quavis mora tenebitur et erit astrictus.
Quem quidem Capitaneatum Wielunen idem
Generosus Stanislaus Koniecznolski nomi=
ne prefato arendæ a Nobis obtentæ ad
vitæ suæ usque extrema tempora tenebit et pos=
sidebit quiete et pacifice cum omnibus utili=
tatibus fructibus et obventionibus Oppidis
villis, curijs, curijs, prædijs, agris cultis et in=
cultis pratis silvis bosnis gajis nemoribus
rubetis, quericetis, mellificijs, alvearijs, apibus,

stagnis

stagnis, laubus, Paludibus, torrentibus Mo=
lendinis et omnibus eorum emolumentis ex
eispem proveniend et ab antiquo ad eundum Ca=
pitaneatum spectand vive pertinend. Piscinis tan
tummodo exemptis de quibus Hebis respondere
tenebitur, in quibus pro usu tantummodo Castren
prehendere licitum fore illi volumus. Quod ut
illi firmius ac certius foret Literas hasce Sigil=
lo nostro obsignari mandavimus. Datum War=
savie Die XXIX Octobris Anno Domini MD=
LVIII. Regni vero nostri XXIX.

Relatio Andr in Christo Pa=
tris Domini Joannis Lze=
rembski Nominati Episco=
pi Chelmen et Cnc Polo=
nie Viecanellarij.

Cavetur Curi famati Melchioris Volbach Civis Warsavien

Sigismundus Augustus &c

Significamus Presentibus Literis quorum inter=
est universis, tam ijs qui nunc, quam qui postea
futuri sunt. Quod cum Famatus Melchior Wol=
bach Civis et Mercator noster Warsavien in Do=
mum suam in circule Warsavien sitam ab
excipiendis hospicijs hominibus per Hos libe=
ram factam Andum in Christo Patrem Domi=
num Joannem Lzerembski Episcopum Chelmen
et Regni nostri Vicecanellarium ultra hospicia

excepisset

excepisset. Prospiere vicissim ipse Andus in Chri:
sto Pater Dominus Joannes Przezembski eidem
Melchiori Walbach cupiens, ne id juliuet liberta=
ti ipsius aliquid obstare aut derogare posse vide=
retur, petijt a Nobis ut illi hac de re Literis hisce
nostris Caveremus. Nos itaque precibus ipsi=
us Andi Domini Episcopi adducti, statuimus
et declaramus nihil posse aut debere nocere
libertati et immunitati Domui ipsius Meleti=
oris Walbach per nos concesse, quod dictum Do=
minum Episcopum in eadem hospitio excepe=
rit, neque id amplius cuiquam eo invito liere
voluimus et decernimus presentibus. Quibus in
fidem et testimonium manu nostra subscripsi=
mus et Sigillum nostrum appendi jussimus. Da=
tum loco die et anno quibus supra
Sigismundus Augustus Des sst

Promittit Sacra R. M. si Gene=
rosum Albertum Kinski Suuame=
rarium Plocen de sine liberis
mori contigerit, Generosos Feli=
cem et Stanislaum Kinskie in Pre=
fectura Dobrzynen ad vitam con=
servare
Sigismundus Augustus de
Significamus presentibus Litris quorum in=
teresse universis. Quod cum Generosus Albertus
Kinski

Kriski Succamerarius Sloren et Dobrzynen
Mlawendque Capitaneus, ita uti de Nobis
meritus, ut non solum ipsius, sed et familiæ e-
jusdem benignam meritorationem habeat a No-
bis duceremus. Itaque cum id in posterum ejus
legitima propterea, q nullos adhuc habeat li-
beros declarare ad presens nequeamus, si quidem
illum absque Liberis decedere contigerit, Ipsius
Fratres Germanos Generosos Felicem et Stani-
slaum Kriski tanquam ejus legitimos in bo-
nis omnibus Successores in Prefectura quoque
Dobrinen possessione pacifica et usufructu Li-
bero ad extrema vitæ usque eorum insimul et
unicuiusque seorsim tempora conservare-
mus, uti quidem Literis hisce nostris conservamus.
Promittentes verbo nostro Regio pro Nobis et Se-
renissimis Successoribus nostris, quod jam ex-
nunc nulli hominum, cujuscunque illi sta-
tus conditionis et præeminentiæ fuerint, præ-
nominatam Prefecturam sive Capitaneatum
Dobrinen a præfatis Generosis Stanislao et
Felice Kryskie quoadusque vivent redimendi po-
testatem faciemus, nec nostri Successores faci-
ent verum illos ambos insimul in possessione
pacifica et usufructu libero ejusdem præfectu-
ræ Dobrinen quoadusque vivent conservabi-
mus et Successores nostri conservabunt. Nobis
tamen ipsis, si id res et necessitas postulaverit re-
dimendi ejusdem potestatem relinquimus. Itaque

nostra

nostra propriâ et non aliena pecuniâ, in quo
nullo colore aut prætextu redimendi illius quisq'
præter Nos ipsos habituros est potestatem. Post
mortem autem præfatorum Generosorum Feli=
cis et Stanislai Kiszkich, cum eorundem Succes=
soribus summa in ea ipsa præfectura Dobriy
nen, si quæ est inscripta, per Nos vel Successores
nostros numerata et soluta fuerit, illius possej=
sio ad Nos et Successores nostros rursus pleno
jure redibit et devolvetur. Iuribus nostris sem=
per Salvis manen, in cujus rei fidem et testimo
nium manu nostra præsentibus Subscripsimus
et Sigillum nostrum appendi mandavimus.
Datum Warsaviæ Die XXIX Mensis Octobris
Anno Domini MDLVIII. Regni vero nostri XXXI.
Sigismundus Augustus Rex m/p

Conservatio ad vitam in pos=
sessione Capitaneatus Brzesten
Magnifico Theodoro Bohuse=
wna.

Sigismundus Augustus &c
Significamus præsentibus Literis quorum inter=
est universis. Quod Nos gratiam nostram in Ma=
gnificum Nicolaum Trzebuchowski Castella=

num

rum Ingrem Cubiculi nostri Praefatum Burgrabium
Cracovien, ac Brzesten Legorem Selovien
Capitaneum pro ejus in Nos egregijs et assi-
duis meritis testatam facere volen ipsius Con-
jugem Magnificam Theodoram Bohuszowna
in possessione pacifica et usufructu libero to-
tius Capitaneatus nostri Brzesten, quem Magnificus Nicolaus Trzebuchowski in certa Pecu
niarum summa obligatum obtinet cum omni-
bus ad eum ipsum Capitaneatum pertinen,
are oppido villis prædijs Molendinis, ita uti
nunc ab ipso Magnifico Nicolao obtineatur,
conservandam et relinquendam duximus, compro-
vamusque et relinquimus præsentibus Literis
ad vitæ ejus extrema tempora. Promittentes Ver-
bo nostro Regio pro Nobis et Serenissimis Suc-
cessoribus nostris, nemini Nos nec Successores
nostros eum ipsum Capitaneatum Brzesten de
manibus prefato magnifico Theodro redime-
re permissuros, sed neque Nos nec Successores
nostros ad Fiscum mensam coquinam aut ali-
um quemcunque nostrum et Reipublicæ usum
ac necessitatem redempturos. Verum illam in
possessione pacifica et usufructu libero quam-
diu viserit conservaturos. Si quid autem in Con-
trarium a Nobis et Sermis Successoribus nostris
factum aut cuipiam concessum fuerit, illud pre-
sentibus tollimus cassamus et abrogamus decer-
nen illud nullius roboris et momenti esse fu-
turum

turum; adimentes insuper Nobis et nostris Suc=
cessoribus omnem de eoipso Capitaneatu quam=
diu ipsa Magnificia Theodora viderit statuendi
et disponendi potestatem. Post illius vero nihilo=
minus mortem, plena penes Nos et Successores
nostros Summa Successoribus persoluta, erit
disponendi potestas, suisque nostris perennia
salvis. In cujus rei fidem &c Datum Wapa=
vie ipso Die Sanctorum Simonis et Jude Apo=
stolorum Anno quo supra.
Sigismundus Augustus Rex mp.

Inscriptio seu Obligatio villæ Trod=
zieez in Summa 2500 florenorum
per Magnificum Palatinum Cracovien Generosso Joannem Zebrzydowski facta.

Sigismundus Augustus &c
Significamus tenore præsentium quibus ex=
pedit universis. Quia constitutus personaliter
coram Nobis Magnificus Stanislaus Comes
a Tenczyn Palatinus Cracovien Sublinen Bet=
zen Ulrzeowienque Capitaneus, recedendo
a terris et Districtibus suis quibusvis pro=
priis et huic jurisdictioni nostræ, quo ad actum

et

inscriptionem presentem se et bona sua ac Successores suos incorporan et invisceran, pa=
lam publice et peresprofesum recognovit, se te=
nere Generosso Joanni Zebrzydowski, Aulico no=
stro, duo millia et quingentos flor numeri et
moneta Polonicalis, in quemlibet Florenum
per triginta grossos computando certi et ligui=
di debiti sive mutuate pecunie quos se obli=
gat soluturum et repositurum coram Nobis
aut cura Acta Castren Cracovien realiter et
in effectu in et pro Die Nativitatis Domini
proxime instan, Casu quo et in eventum non
solverit aut quovis modo solvere neglexerit, ex=
tunc ipse cum Successoribus suis legitimis ei=
dem prefato Viro Joanni Zebrzydowski et ipsius
Successoribus, quando ipse voluerit in summa
essentiali videlicet duorum millium et quin=
gentorum florenorum debet dare realem intro=
missionem et actualem ac pacificam possessio=
nem in bona sua hereditaria ad arcem Jenezyn
pertinen, videlicet villam Grodzicz in Districtu
Cracovien consisten, per Ministerialem Terrestrem
Cracovien, quemcunque illius Districtus sibi
elegerit, sine additione alicujus judicij seu officij
sed simpliciter recepto sub vadio summe similis
videlicet duorum Millium et quingentorum flore=
norum, et post apprehensionem possessionis pre=
fatam villam Grodzicz tenebit, habebit, possi=
debit, modo obligatorio ad Festum circumcisionis

Domini

Domini, post decursum unius anni proxime
venturum, in eventum non exemptionis di=
ctorum bonorum et summe prefato non per=
solutionis, et sic ad similia facta Circumcissio=
nis Domini de anno ad annum annis sese
continuis sequentibus et immediate, usque ad
plenariam et integram summe prefate perso=
lutionem et prefatorum bonorum exemptionem
cum omni jure Dominio et proprietate, ut pote
predio, agris, pratis, campis, sylvis, borris, gaij,
rubetis quercetis mellificijs, hortis, areis, Cmata=
nibus hortulanis, Tabernaculis, censibus,
daciis et dierum laboribus, piscinis, Lacubus,
et piscium prehensione molendinis aquaticis et
ventilibus, aquis et aquarum decursibus, et
generaliter universis proventibus et omnibus
ac singulis usufructibus et ultraquam prefen=
tibus est descripta et specificatum, nihil juris Do=
minij Proprietatis et quorumvis usufructuum in=
prefatis bonis suis pro se et suis Successoribus
reservando seu excipiendo, ita late, longe, prout
se prefata bona ex antiquo in suis metis et
granitiebus extendunt; et tenebitur prefatus
Magnificus Stanislaus Comes a Tenczyn cum
sua posteritate dictum Generosum Joannem Zebry=
dowski cum ipsius posteritate ratione premis=
sorum bonorum ab omni impetitione juridica
et ab omnibus damnis et impedimentis qua=
rumlibet personarum cujuscunque Status et
preheminen existen, juribus, tam Secularibus

quam

quam Spiritualibus et ab inscriptionibus et re=
formationibus prioribus si quæ essent scripta et
facta fieri evinceret eliberare intercedere indemnem=
et indemnes tam a seipso quam a Successoribus
suis reddere sub vadio summæ similis videli=
cet duorum millium et quingentorum florenо=
rum; quod si se prefatus Magnificus Stani=
slaus Comes a Tenczyn cum sua posteritate ci=
tare permiserit quocunque die et tempore ad quod=
cunque Judicium terrestre et Castrense, sive ad offi=
cium Palatinatus Cracovien seu post Curiam
nostram in primo termino tanquam perem=
ptorio parere tenebitur, et in illo termino, pro
prefato vadio seu vadijs interpositis satisfacere,
sub simili vadio dictum terminum nullis mo=
dis, cautellis, remotis omnibus juris remedijs
neque judicialiter neque extrajudicialiter, neque
se ad Eos reclamando, statutis novis et vetu=
stis laudatis, bellica motione, generali et par=
ticulari conventibus, motionis, Citationis, et
inscriptionis defectibus, vindomijs et Mesibus
Pestaque in subsidium causæ suæ prorogari seu
recipien, quod vadium seu vadia debent con=
verti in summam effectualem sive principa=
lem in prefatis bonis intromissam, sine cor=
porali juramento prestito sub amissione sua
causæ hoc est Solutione prefati vadij et redu=
to vadio seu vadijs suprascriptis, utique inscri=
ptionis

ptioni et omnibus in ea contentis satisfac
ere cum Successoribus suis tenebitur toties quo
ties ipsi et ejus Successoribus opus fuerit. Quam
quidem recognitionem et inscriptionem modo
premisso factam Nos ratam et gratam haben
eandem approbamus ratificamus et confirma
mus, vimque et robur debite firmitatis obtine=
re deberi decernimus. Harum quibus Sigillum
nostrum est appressum testimonio Literarum Da=
tum Cracovie Octava Die Mensis Novembris
Anno Domini MDLVIII Regni nostri XXIX.

Relatio ut supra

Consensus generalis Generoso Sta=
nislao Bonar de Balize Secreta
rio et Bicecen nostro Capitaneo
datus ad exemend omnes Advocatias Sculte=
tias et alia quevis bona ad Capitaneatum Bie=
cen pertinentia per quoscunq predecessores no=
stros oppignorata, atque ab ipso Capitaneatu
alienata, quibuscunque vocentur nominibus,
de manibus modernorum et futurorum eorun=
dem bonorum possessorum, quorum nomina
de Literis in forma Solita Cancellarie extra=
dite Piotrcovie Die XXII Novembris Anno
que supra

Relatio cujus supra
Capitaneatus

Capitaneatus Samborien Ma=
gnifico Joanni de Mielicz Pala=
tino Podolie datus

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesen Literis, quorum interest uni=
versis. Quod cum accideret, ut morte Generosi Pe=
tri Boratinski Castellani Belzen, qui superio=
ribus diebus vita functus est, Capitaneatus sive
Praefectura Samborien vacaret vacaret. Nos ne
res nostre ei eo ipso Capitaneatu suo Curatore
private, aliquid detrimenti caperent, de aliquo
idoneo homine, qui in locum demortui succede=
ret cogitantes Magnificum Joannem de Mielicz
Palatinum Podolie et Regni nostri Supremum
Marschalcum ac Prodecensem Capitaneum dele
gisse, quem huic muneri praefuturum, idque
illius merito id facturos esse videbamur. Nam
cum exploratum videbamur habeamus claram
et vetustam Mieliorum gentem, in tam multis
et tam arduis rebus, majoribus nostris semper
in Regno nostro strenue et alacri animo su=
am navasse operam, in quum fore rebamur, si-
qui aliquis fructus et emolumenti suo labore et
studio parti nobis reliquerunt, eorum posteros
gratia aliqua nostra non prosequeremur. Qua=
re praedictam Praefecturam ipsi Magnifico Jo=
anni de Mielicz, cum propter summam ma=
jorum suorum erga Patrem superioresque nostros

observan

observantiam, tum etiam ob illius singula=
rem ingenij dexteritatem, in explicandoque
Consilio prudentiam et gravitatem, ob rei mi=
litaris nobis regnoque nostro fructuosam scien=
tiam, denique ob alias, quas in illo plurimas
mirifice eluere videmus virtutes dandam du=
ximus, atque adeo damus et conferimus, cum
omnibus ad eumipsum Capitaneatum sive Pro=
fecturam pertinent. Ipse vero de ejusdem red=
ditibus nobis et fisco nostro respondere tenebi=
tur. Quod omnibus quorum interest denuntia=
mus et mandamus ut ipsum Magnificum
Joannem de Medicez, pro vero et Legitimo Ca=
pitaneo Samborien habeant, ejusque iurisditi=
oni, quoad vel ea Legum vel ex veteris consue=
tudinis præscripto debent pareant et obtem
perent, atque de redditibus omnibus eidem re=
spondeant. In gratia nostra. In cujus &c. Da=
tum Petricovie Die XXV. Novembris, An=
no Domini MDXVIII. Regni vero nostri X
XX.

Relatio cujus supra

Consensus Honesto Joanni de
Przyjsow super exemptione no
lendini

lendinii majoris sub Castro Selo-
vien situi et super eundem inseri-
ptio Summa 80. Marcarum et
advitalitas

Sigismundus Augustus &c
Significamus praesentibus Literis quorum in-
teresse Universis. Quod cum Honestus Joan-
nes de Szedzisow molendinator Molendinum
majus sub Castro nostro Selovien de Manibus
Honesti Joannis de Cziestochow absque consensu
nostro redemisset, quoniam id illi facere minime
licebat, cum jacturaque illius id conjunctum
erat. Supplicaverunt Nobis pro eo quidam
Consiliarij nostri, praecipue vero Magnificus
Nicolaus Krzebuchowski Castellanus Gnesnen
Cubiculi nostri praefectus Burgrabius Craco-
vien et Brzesten Selovien Capitaneus, ut eam
exemptionem ratam habere eamque approbare
dignaremur. Nos itaque Supplicationi ejusmo-
di annuen exemptionem Molendini praedicti ap-
probavimus approbamusque praesentibus, atque
ita ratam habemus non aliter ac si a princi-
pio ad eam rem consensus noster accessisset. Prae-
terea praedicto Joanni Molendinatori illiusque
Successoribus tertiam mensuram cujuslibet gra
ni emolumentorum ex eodem Molendino pro-
venien brasiorum Mensura nihilominus ex-

cepta

cepta quam una cum duabus emolumentariis
mensuris, integram Nobis Capitaneoque no-
stro Selovien reservamus. Sed et hortum in
aggere piscina ubi commode poterit per eum
estruendum. Piscinam etiam desertam in flu-
vio Sthotkow a dicto, justa arbitrium suum
reformandam dandam donandam et assignan
dusimus, damus que donamus et assignamus
presentibus temporibus perpetuis, Volen
praeterea praenominatum Joannem ratio
ne Sumptuum quos in Structuram moler-
dini praedicti fecit, quosque adhuc facturus
est aliqua ex parte contentum reddere, atque
ad eosdem Sumptus faciendos eum in posterum
promptiorem et alacriorem reddere. Ipsi ejusq
Successoribus Summam octuaginta marcarum
numeri et monetae Polonicalium, in Singulas
quadraginta octo groszos computando in
dicto molendino demonstrand inscriben et assi-
gnand dusimus, uti quidem presentibus Li-
teris demonstramus inscribimus et assignamus
praenominatum molendinum per eum ipsum
Molendinatorem ejusque Successores cum o-
mnibus utilitatibus supraexpressis tertia ve-
luti mensura emolumentorum brasseorum
uti promiscum est excepto horto et piscina
in summa praenominata octuaginta mar-

carum

carum tenend habend, possidend, dand, donand, ven=
dend commutand alienand et in usus quosvis bene=
placitos convertend. Hostro tamend Successorumq
nostrorum ad id assensu expresso accedend. Præno=
minatus vero Joannes ejusque Successores, mo=
lendini predicti possessores, præterea Nobis ad
arcem nostram Lelovien integras mensuras bra=
seorum ac duas reliquorum emolumentorum
ex eodem molendino pendent, ac duos porcos sin=
gulis annis fovent ac alent sibi vero tertium sa=
ginant, labores quoque more aliorum molendi=
natorum in dicto Capitaneatu existend præstare
ipse et ejus Successores tenebitur et tenebuntur.
Quoties autem Molendinum hoc reparatione eg=
bit, Nos Capitaneusque noster illius loci pro tem=
pore existens robora materiamque præstabimus,
Molendinator vero operam et laborem perfi=
ciet. In reformationem vero ferramentorum ne=
cessariorum ac comparationem Lapidum mo=
larium ad hoc idem molendinum nos seu Ca=
pitaneus noster denarios duos Molendinator
vero tertium præstabit et impendet. Volentes
præterea gratiam nostram in eundem Honestum
Joannem de Przedrzejow Molendinatorem decla=
rare intercessione quoque præfati Magnifici Ni=
colai Przebuchowski Castellani Gnesnen et Cubi=
culi nostri Præfecti adducti ipsum Joannem in
possessione pacifica et usufructu libero ejusdem

Molendini

Molendini, vnie ejus tertia Mensura conservan:
dum et relinquendus imus conservamusq
et relinquimus literis hisce nostris ad vita
ejus extrema tempora. Promittentes verbo no=
stro Regio pro Nobis et Serenissimis Succesco=
ribus nostris, nemini Nos molendinum pra=
dictum de manibus ejusdem Molitoris redi=
mend potestatem concesuros, nague Succespo=
res nostri sunt concesuri, verum illum in pos=
sessione pacifica ejusdem Molendini conserva=
turi sumus. Nobis tamen ipsis si id necessitas
postulaverit redimend potestatem relinquimus,
idque nostra propria non aliena pecunia. In
que nullo colore aut pretextu redimend illius
quisquam praeter nosipsos habiturus est pote=
statem. Quod si autem aliquando sub pretextu
ejus nostro pecunia alicuius persona ad impor=
tunam instantiam contrarium ex Cancellaria
nostra aliquas Literas nostras ad exemend eundem
molendinum daremus vel Succesores nostri de=
derint, illas et nullius roboris et momenti
ac valoris fore volumus et decernimus. Mor=
tuo autem praefato Joanne molitore, cum sum=
ma integra in eodem Molendino per Nos in=
scripta Succesoribus ejusdem Molitoris per-
Nos, aut Succesores nostros numerata fuerit,
illius possessio nersus ad Nos vel Succesores

nostros

nostros redibit et devolvetur sive plena Turibus
nostris Salvis in eodem Molendino Manentibus.
In cujus rei fidem &c Datum Piotrcoviæ A.D.VI.
Novembris, anno quo supra

Relatio

Consensus Honorabili Stanissla-
o Prezepanowiz super Fundan
Altare in Ecclesia Wisegradien ti-
tuli S. Jacobi Apostoli.

Sigismundus Augustus &c
Significamus tenore præsentium quibus ex-
pedit universis. Quia quum Honorabilis Sta-
nislaus Prezepanowiz de Wisegrad Presbi-
ter Zelo devotionis adductus, Altare in Eccle-
sia Divi Jacobi apostoli in Wisegrad ad
laudem et gloriam Dei omnipotentis Virgi-
nisque Mariæ ac Divæ Annæ Stephani et Sta-
nislai ac Catharinæ, omniumque Sanctorum
fundare, et ei quartam Mansi partem agri,
Mensura Culmen Dasiowka dictam in agro-
Wisegradien penes viam publicam, qua itur
de Oppido nostro Wisegrad ad villam nostram
Lambowo jacentem, quam jure hereditario pos-
sidet, ac domum suam cum ædificijs horto et

pomerio

pomerio, inter Hortum Joannis Pila et Domum
Suos Anarij cum Hortulo, penes Domum Jo=
annis Pikalka Oppidanorum nostrorum Vispogra=
dien consistend, in quorum omnium pacifica
possessione existit, donare, et Jus Patronatus si=
bi et Fratribus suis Joanni Antonio et Jaco=
bo. Item Gregorio Pianka affini suo Civibus
Vispogradien eorumque Posteris reservare et per=
petuo tradere in animum induxit, dummodo
ad id noster accesserit consensus, Nos igitur
pro officio Christiani Principis cultum Di=
vinum indies magis ac magis augere volen,
pium institutum ipsius Presbiteri ratificandum
approbandum et confirmandum, duximus atq;
agrum Domum et hortos prædictos de Jure Ci=
vili exemen, ab omnibusque oneribus Civili=
bus liberan, et immunitati libertatique Eccle=
siasticis adscriben et incorporan duximus, et
harum serie literarum approbamus confirma=
mus, eximimus, liberamus, adscribimus et in=
corporamus, ac jus Patronatus et Præsendandi
sibi fratribusque Suis et Gregorio Pianka affi=
ni, eorumque Successoribus legitimis, salvum
esse volumus. Quod Deo in Christo Patri Domino
Andreæ et pro tempore existen Episcopo Skoren
planum testatumque facimus. Hortum &. tuam
ut istud altare in Ecclesia Parochiali Divi Jaco=

bi

bi Wispegradien erigat, consecret, Sacrificiaque
in eo ex arbitrio hujus Stanislai Presbiteri fundato-
ris constituat, perpetuis temporibus offerenda
et adimplend, aliaque faciat et exequatur, quæ
ad officium Paternitatis tuæ pertinent, In cujus
rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus
est appensum. Datum Petricovie Die XXVII.
Novembris, Anno Domini MDXVIII. Re-
gni nostri XXIX.

Relatio Andr in Christo Pris
Dni Joannis Przerembski No-
minati Episcopi Chelmen
et Regni Poloniæ Vicecancel-
larij.

Consensus seu Approbatio emptio-
nis Molendini sive tertiæ Mensuræ
in Oppido Lipno sitt. Honesto Al-
berto Kuonik super præfatam tertiam men-
suram Advitas. Litera in forma Cancellariæ
solita extradita, Petricovie die et anno qui-
bus supra.

Relatio cujus supra

Eodem tempore data est Advitalitas
super prædictum Molendinum in
Captu

Capitaneatu Grostinen sittum, Honestis Jacobo et Alberto, Stanislao Ludnik posperis ejusdem molendini filijs.

Relatio cujus supra

Legitimatio Joannis Stanislai et Alberti, Nobilis Joannis Koszuczki filiorum.

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesentibus Literis &c Quamvis Joannes Stanislaus et Albertus Nobilis Joannis Koszuczki filij et ipso illegitime susceepti et nati esse dicantur, ac propterea nomini existimationi et juribus eorum non parum decere videatur. Quoniam tamen non eorum culpa id factum esse manifestum sit, et spes sit ipsos virtutem et honestatem esse secuturos. Nos ad petitionem nonnullorum Consilianiorum nostrorum, de Nobis bene meritorum singulari gratia et autoritate nostra Regia omnem procreationis maculam, profatorum Joannis et Stanislai et Alberti, caeteraque omnia, quae ipsis quoquo modo obstiti possint, abroganda et abolenda duximus, abrogamusq et abolemus hisce Literis nostris, ipsosque legitimamus et

habilitamus

habilitamus ad omnia et singula jura sive
Legata bonorum paternorum et maternorum,
nec non ad omnes honores libertates præroga=
tivas officia publica status et actus quosqunque
legitimos restituimus et reintegramus, decernen
ipsos Joannem Stanislaum et Albertum pro
legitime natis in judicio et extrajudicium ac
ubique locorum haberi et reputari debere ac
ad omnia jura libertates officia honores di=
gnitates admittendos esse, quibus alij legiti=
me nati fruuntur et gaudent. Præterea vi quo
Nobilis Joannes Koszerzki supramemoratis fi=
lijs suis Joanni Stanislao et Alberto vel jure
testamenti vel alio quovis modo ante hanc
nostram Legitimationem dederit, donaverit lo=
gaverit, sive inscripserit sive postea donaturus
et inscripturus sit, id firmum et inviolatum
esse, neque a quoquam infringi et labefacta=
ri volumus. In cujus rei testimonium ac Da=
tum Petricovie in Comitijs generalibus feria
quinta post festum Sancti Andreæ Apostoli An=
no Domini MDLVIII. Regni vero nostri An=
no XXIX.

Relatio cujus supra

Conservatio ad vitam Honesti Mar=
tini Rudnik ac Adami unici filij
ejus

ejus in Possessione et usufructu unius cum di=
mèdio mansorum agri liberorum in villa Si=
nije in terra Dobrzynen sitorum quos man=
sos idem Martinus Ludnik ab Honorabili Mar=
tino Piorkowski consensu nostro acceden emit.
Litere in forma Cancellarie solita extradite.
Die et anno quibus supra

Relatio ut supra

Confirmatio binarum Literarum super Domum Nobilis Nicolai Dambrowski Siemnicz in Platea Sutorum Civitatis Plocen sitam.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presentibus Literis quorum in=
teresse universis exhibitas esse Nobis Litteras con=
firmationis Divi olim Parentis nostri sub titu=
lo et Sigillo binas ejusdem pargameneas, alte=
ras Semoviti Ducis Masovie venditionem Do=
mus cum immunitatibus in Civitate nostra
Plocen in Platea Sutorum sitae. Alteras vero
Judiciis et Subjudiciis Terre Plocen Donationem
prefatae Domus per Generosos olim Stanislaum
et Joannem de Mszczewo, Nobili olim Petro

Dambrowski

Dambrowski Paetam in se continen, sanas sal-
vas integras in nullogue suspectas. Supplie-
catumque est Nobis pro parte Nobilis Nico-
lai Dambrowski, Siemiez, fratris dicti, Petri, ger-
mani, ut eas authoritate nostra Regia appro-
bare, ratificare, et confirmare dignaremur, qua-
rum tenor sequitur talis. Sigismundus Dei Gra-
tia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Rus-
siæ Prussiæ Masovie et Dominus et Hæres. Si-
gnificamus tenore præsentium quibus expedit
universis et singulis præsentibus et futuris, ha-
rum notitiam habituris. Quia exhibito sunt
coram Nobis pro parte Venerabilis Petri Dam-
browski Canonici Plocen, Possessoris Domus in
Civitate nostra Plocen in Platea Sutorum sitæ
binæ Literæ pargamenæ, Altera Sermonis Du-
cis Masovie venditionem præfatæ Domus cum
ejus immunitatibus. Altera vero Judicii et
Subjudicii terræ Plocen, donationem præfatæ
Domus, per Generosum Stanislaum et Joannem
de miseno supranominato Petro Dambrowski
factam in se continen, sana, integra, non vici-
ata, non suspecta, Sigillis appensis communita.
Supplicatumque est nomine præfati Petri Dam-
browski, ut easdem Literas et omnia in eis con-
tenta approbare ratificare et confirmare digna-
remur, quarum tenores sequuntur Tales, In

nomine

Nomine Domini amen, ad perpetuam rei me=
moriam Nos Semovitus Dei Gratia Dux Ma=
jovia Lupiaque Princeps, Terrarum Storen Da=
ved Sochaczovien Gostinen Storen, nec non Do=
minus et hæres Lisnen. Significamus tenore
præsentium quibus expedit universis præsen
et futuris. Quod coram nostra nostrorumque fo=
bilium præsentia Nobilis Strenuusq; Nicolaus
dictus Luchala hæres de Sochowo personaliter
constitutus, non compulsus non coactus, nec a=
liquo errore, dolo, seu fraude seductus, sed fretus
suorum amicorum salubri consilio, maturaque
deliberatione ipsius præhabita sufficienti, Do=
mum suam in Civitate nostra Storen sitam
et locatam ex paterna Successione ad ipsum
tanquam verum hæredem spectantem et per=
tinen, simul cum area alias Siedliska domus
prædicta ac omni jure Dominio ac proprietate
quibus solus gaudebat fruebaturque, in eadm
nihil sibi et suis Successoribus reservand, No=
bili fidelique nostro Alberto de Mszczewo Hæ=
redi Subdapifero nostro Storen, pro triginta se=
xagenis grossorum latorum vendidit, et coram
Nobis venditionis titulo in perpetuum resigna=
vit per ipsum Albertum et suos Successores præ=
fatam domum tenendam, habend, utifruendam,
pacifice et in perpetuum possiden, dandam

donand

donari, et ad usus beneplacitos converteri no-
stra tamen sive Successorum nostrorum cum
voluntate. Preterea volens prefatum Albertum
de Muspeuo et suos Successores, tanquam be-
nemeritum et fidelitatis constantiæ per nos
a multo retroactis temporibus approbatum,
reddere consolatum, ut ceteri suo exemplo du-
cti ad nostra et nostrorum Successorum Servi-
tia eo ferventius convolarent, et se in eis-
dem offerant, per Nos fideles et paratos pre-
dictam Domum sic per prefatum Albertum
emptam, ab omnibus nostris custodijs Ci-
vitatis nostræ Florent, et Solutionibus exacti-
onibus angarijs et preangarijs contributioni-
bus ac Stamis quibuscunq; per Nos sive Su-
cessores nostros in dictis seu indicendis statu-
tis seu statuendis, quocunque nomine confe-
quantur, ut homines Inquilini seu Inhabi-
tatores in ipsa domo residen, ad ipsam seu ipsas
temporibus perpetuis minime Nobis et nostris
Successoribus solvere teneantur, sed omnino sint
liberi penitus et exempti ab eisdem. Damus eti-
am et ex speciali gratia donamus Duali, qp pre-
dicta domus Inhabitatores Inquilini et homi-
nes, omnem liquorem seu potum, quicunque
sit, puta vini medonis cerevisiæ et cujuslibet

alterius potationis ac omnes mercantias ma=
gnas vice Parvas puta Pannum, fenum ave=
nam et alias res venales quorumque nomine
censeantur, propinare vendere, et ipsas juxta libita
sue voluntatis exercere possint et valeant, sine
qualibet nostra nostrorumq; Successorum et cujus=
libet officialis nostri contradictione. Harum
quibus Sigillum nostre Majestatis presentibus
est appensum. Actum et Datum in Ploczko
ipso Die Marcellini et Petri Martyrum. Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo
Octavo. Presentibus Strenuis et Nobilibus Do=
minis Stanislao Gradt Palatino, et Sassino, Dicto:
Geba Castellano, Petro de Campa Thesaurario
Plocen. Protone de Podebna Pincerna Laven,
Gaworkowe de Wolia Viezupprario nostro et ho=
norabili Michaele Vicecancellario Curie nostre,
Plebano in Sochaczew, nec non Cathedralis et
Collegiate utriusque Ecclesiarum Canonico in Plo=
cko, et alijs quam plurimis dignis fide testibus
ad premissa. Nos Andreas Marcynski de Proth=
kowo Judex, et Felix Zielienski de Zieliona Sub=
judex Terre Plocen generales. Significamus te=
nore presentium quibus expedit generaliter Uni=
versis. Quomodo dum in judicio Serenissimi
Principis Domini Dni Sigismundi Dei Gratia

Regis

Regis Polonie Magni Ducis Lithuanie Rus-
sie Prussie Masovie etc. Domini et heredis
cum alijs Nobilibus fidedignis pro Tribuna-
li Sedebamus judicantes, tandem comparentes
coram nobis personaliter Generosi Stanisla-
us et Joannes filij olim Generosi Alberti
de Mispewo heredes vere mente et corpore exi-
stentes, judicialiter et per expressum recognove-
runt. Quia aream ipsorum hereditariam domus
in Civitate Plocen sitt, ipsos per Successionem
spectan, cum totali ipsius aree domus spectan,
et in Platea Sutorum in Civitate Plocen, inter
domos et arcas, videlicet Famati Stephani
dicti dicti Gerwan ex una, et Famati Michae-
lis dicti Pezniwiatho parte ex alia sitam, ac
cum omni jure, dominio dominijs, et proprietate
titulog hereditario, et cum omnibus libertati-
bus et exemptionibus ad ipsam aream et Do-
mum ipsorum ab antiquo pertinen et quovis
modo spectan, per Duces Masovie et presser-
tim per olim Ducem Semovitum Antecessorem
ipsorum Stanislai et Joannis datis et gratiose
concessis, utilitatibusq universis, nihil Juris Do-
minij Proprietatis et quorumvis fructuum et u-
tilitatum in predicta area domus pro se et
suis Successoribus reservando nec excipien,
ita late longe et circumferentialiter, prout
prefata area domus ab antiquo se extendit, prout

eandem

eandem ipsi Stanislaus et Joannes et ipsorum
Legitimi Successores soli tenuerunt, habuerunt,
et ipsos ab antiquo spectabat et pertinebat, spe-
ctatq et pertinet, Nobili Petro Filio olim No-
bilis Stanislai de Dambrowski suo Servitori
et eorum Procuratori ratione servitiorum e-
jus ipsis exhibitorum dederunt et donave-
runt perpetue et in eirum, et Succes ores ejus,
inviolabiliterq dant, donant, et inscribunt, per
Prefatum Petrum Dambrowski et ejus Succes-
sores tanquam veros et legitimos haredes pre-
dictam domum aream, et domum in dicta area
edificandam, tenendam haben et perpetue pos-
siden, ac ad usus beneplacitos convertend, pro-
ut ipsi et ejus Successoribus melius et utilius
videbitur; Et jam predicti Stanislaus et Joan-
nes de Mispeco dicto Petro eorum dederent
realem intromissionem, et actualem possessio-
nem prefate aree, actis presen non re-
cedendo per Ministerialem Terrestrem Plocen
quemcung ipse Dominus Dambrowski habe-
re poterit, de judicio presen jam exnunc ad-
ditum, et jubejubent ipsi Jacon ab uxoribus
suis et ab omnibus Dotalitijs, et ab omnibus
personis propinquis et remotis ita, quod in
prefata area et Domo non inquietabitur,
nec damnum habebit, Ita quod eundem tuari

<u>occasione</u>

occasione premissorum

In cujus rei testimonium Sigilla nostra pre=
sentibus sunt appensa. Acta et Data in
Feria secunda post Conductum Sapiha proxi=
ma. Anno Domini Millesimo quingentesimo
quigesimo quinto. Nos itaque Sigismundus
Rex Polonie prenominatus preinsertas Lite=
ras immunitates, et prerogativas omniaq et
singula in eis contenta et scripta, in omnibus
earum punctis Clausulis et articulis, appro=
bavimus, ratificavimus, et confirmavimus, de=
cernen prout approbamus ratificamus et con=
firmamus, decernen illas robur debite et perpe=
tue firmitatis obtinere, tenore presentium me=
diante. In quorum fidem et testimonium Sigil=
lum nostrum est subappensum. Datum Crac=
vie Die Sancte Apolonie Virginis et mar=
tyris. Anno Domini Millesimo quingentesi=
mo quadragesimo sesto. Regni vero nostri An=
no quadragesimo. Samuel Episcopus Floren, E=
lectus Cracovien et Vicecancellarius ut. Re=
latio Andi in Christo Patris Dni Samuelis
Episcopi

Episcopi Floren Electi Cracovien Regni Polo-
nie Cancellarij. Nos itaque Sigismundus
Augustus Rex prefatus supplicationi ejusmodi
benigne annuen, Literas Generosi Nicolae Dam-
brosci
in omnibus earum punctis clausulis conditioni-
bus q approbandas ratificandas et confirmandas
duximus, uti quidem Literis hijs nostris appro-
bamus ratificamus et confirmamus, decernen
as et omnia in eis contenta robur debitum et
perpetuum, qualenus in usu et possessione ea-
rum fuerit, ad eam usq diem obtinere debeat.
In cujus rei testimonium Sigillum nostrum pre-
sentibus est appensum. Datum Petricovie Die
XXVIII. Mensis Novembris. Anno Dni MDXVII.
Regni nostri XXIX.

Relatio cujus supra

Confirmatio Literarum Divi o-
lim Casimiri Regis Polonie, su-
per Advocatiam ville Dluga
Lata spectan

In Nomine Domini Amen

Nos Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex
Polonie, Magnus Dux Lithuanie, nec non
terrarum

terrarum ac Significamus tenore presenti=
um quorum interest universis et singulis pre=
sen et futuris harum notitiam habituris.
Quia exhibita sunt coram Nobis Litere in=
scripte Serenissimi olim Domini Kazimiri
Regis Polonie Antecessoris nostri sigillo in
cordula serica appenso communita non vi=
tiate neque cancellate, omnique prorsus
suspitionis nota carentes. Supplicatumq;
est Nobis per certos Consiliarios nostros, ut
eas authoritate nostra innovare ac approba=
re, ratificare, et confirmare dignaremur. Qua=
rum tenor sequitur et est talis. In nomine Do=
mini Amen. Ad perpetuam rei memoriam
Ne errores oblivionis gestis sub tempore ver=
santibus pariant detrimenta, alta Regum
et Principum decreverunt Consilia, ea Litera=
rum apicibus, et testium annotatione per=
hennare, ne successu temporis evanescant.
Proinde Nos Kazimirus Dei gratia Rex Polo=
nie nec non terrarum Galicie Pendominie
Lancicie Cujavie Magnus Dux Lithuanie
Rusie Prusiaq; terrarum Dominus et hares.
Significamus tenore presentium quibus ex
pedit universis presentium notitiam ha=
bituris. Quomodo volen facere conditionem
meliorem villa nostre Dlugalanka in ter=
ra Pendomirien situata, Providis Stanislao
Domanski

Domamilei et Procopio de Opick in villa no-
stra Dlugalanka Advocatis duos Mansos libe-
ros duntaxat Scultetis cum duobus hortis vine
agris, et taberna vine agro, et Pascuis, liberis
occupatione, pransione Piscium in Villa
pro ipsorum usu, scatum denarium census
de singulis Incolis predicte ville, ac tertium
denarium culparum de qualibet re judicata,
ipsis jam dictis Scultetis et eorum legitimis
Successoribus damus et conferimus gratiose
tenore presentium mediante. Ipsi autem
Sculteti et eorum posteritas erunt ab omni
onere liberi et soluti
memoratam Scultetiam vendendi, donandi, com-
mutandi ac pro suo voluntate Successorem ha-
bendi potestatem conferendi, nostra tamen
et Successorum nostrorum voluntate requisita
et obtenta. Nomine cujus Scultetie Scultetis
predicti et eorum Successores nobis et nostris
Successoribus ad quamlibet expeditionem quo-
tiescunque necesse fuerit perpetuis temporibus
servire in equo valido cum balista in lorica
decenter expediti. Damus etiam Incolis pre-
fate ville Dlugalanka Jus teutonicum
Fori quod Frieden vulgariter dicitur. Item-
vendendi eidem omnia jura Polonica angarias pre
angarias Polonicales universas qualescung
sint, aut quocunque nomine censeantur, que
ipsum

ipsum jus theutonicum impedire seu per-
turbare convenerunt, absolvimus et eximimus
ac perpetuo liberamus supradictos Scultetos
eorumque Successores Cmetones ac Incolas ipsi-
us villae ab omnibus judiciis, jurisdictionibus
et potestatibus omnium Palatinorum Ca-
stellanorum, Judicum, Subjudicum, et Mini-
sterialium nostri Regni, ita ut coram ipsis
vel eorum aliquo pro causis tam magnis quàm
parvis puta furti, incendij, homicidij, ac ali-
jis universis nullis penitus respondere debe-
buntur. Cmetones coram suis Scultetis suo
jure Theutonico, Scultetis vero coram nobis
et nostris Successoribus aut nostro Judicis ge-
nerali, dum tamen per Literam nostro sigil-
lo sigillatam citati fuerint, tenebuntur jure teuto
nico de re querelantibus respondere sint a-
stricti. In causis autem Criminalibus Scul-
tetis eisdem judicandi, ventilandi, pronun-
ciandi, quod ipsum Jus teutonicum exigit et requi-
rit plenam et omnimodam concedimus pote-
statem. Cmetones vero respecta villa de quo-
libet manso singulis annis
Tertonem groscorum solvere teneantur
dicti Scultetj, et Cmetones
supra

supradicti, quando Iudicium generale celebratur Reuicium nostrum recipiant, et in expensis videlicet Sculteti vernel et Cmetones bis
pro quolibet prandio unum Fertonem großorum vrie aliqua contradictione persolvere tenebuntur. In cuyus rei testimonium et evidentiam, sigillum nostrum presenti est appensum. Actum et Datum Cracovie feria quarta post festum Sancti Iacobi Apostoli proxima anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Presentibus Reverendis in Christo Patribus Ioanne Cracovien, Vincentio Culmen, Episcopis et Ecclesia Pomeranien perpetuo Administratore nec non Magnificis ac Generosis, Ioanne de Sirza Cracovien, Derslao de Lithviani Sandomirien, Palatinis. Dobeslao Cmita de Wisnicze Castellano Sublinen, Ioanne de Lithwiani Marsalco, et Iacobo de Dambno Vicethesaurario Regni Polonie nec non Capitaneo Cracovien, aliis quam pluribus ad premissa. Datum per manus Venerabilis Alberti de Zichlin Custodis Sendomirien, Cranen Cracovien Wladislavien et Posnanien Ecclesiarum Cano-

nici

nici, Regni Polonie Vicecancellarij Syn=
cere nobis dilecti. Hos igitur Sigismundus
Augustus Rex prænominatus

innovamus approbamus ratificamus et con=
firmamus. Decernen eas et omnia in eis con=
tenta robur firmum et perpetuum habituras
tenore præsentium median, si et in quantum in
eorum usu et prospeciene hactenus extiterint. In
cujus rei testimonium sigillum nostrum præsen
est appensum. Datum Petricovie feria tertia in
vigilia Sancti Andree Apostoli. Anno Domini
MDXVIII. Regni nostri Anno XXVIII. Præsenti=
bus Nobis in Christo Patribus Dominis Andrea
Zebrzidowski Cracovien, Jacobo Uchanski nomi=
nato Cujavien, Joanne Drzeremski nominato
Chelmen et Regni Polonie Vicecancellario Episco=
pis, Hec non Magnificis Venerabilibus et Gene=
rosis Joanne Comite in Tarnow Castellano Cra=
covien et Exercituum Regni nostri supremo Le=
gatovien Strigique Capitaneo, Martino de Zbo=
row Poznanien Schidlovien Stobnicaq Capitaneo.
Januscio de Kosielec Siradien majoris Polonie
Generali Thesaurq, Andrea de Golcziewo Cancell
Slocaq

Florenque Palatinis et Capitaneis. Nicolao Trzebuchowski Gnesnen, Cubiculi nostri Præfecto Burgrabio Cracovien, ac Brzesten Lelovien Locumtenentq Ioanne Christophoro Comite in Tarnow Dapnicien, ac Sandomirien, Stanislao de Tarnow Zawichosten Regni nostri Thesaurario, Siradien Krzesnovien Ostrzesnoviensque Capitaneis. Ioanne Lutomierski Laven Curie nostre Tesaurario, Burgrabio arcis nostre Lancicien Radomienq, Ioanne Sierakowski Landen, et Curie nostre referendario, Przedecen Castellanis et Capitaneis, Ioanne Ostrzeszno Regni nostri Cancellario, Succamerario terre, et Arcis nostre Cracovien, Cracovien, Osweienezimen, Zatorien Ducatuum, Sandecen Ostrinensque Capitaneo, Philippo Padniewski Archidiacono Cracovien, Præpositoque Lenicicien, Stanislao Karnkowski Gnesnen Canonico Curie nostre Referendario, Alberto Starozrebski Cantore, Andrea Przeremboski, Stiborio Krzyskowski, Camellario nostre minoris Presiden ac Scholastico Wladislavien Canonicis Cracovien, Secretarijs nostris. Et alijs quam plurimis Dignitarijs Officialibus et Auliis nostris testibus cum premissa fidedignis. Datum per manus prefati Reverendi in Christo Patris Domini Ioannis Przerembski nominati Episcopi Chelmen et Regni Polonie Vicecancellarij Burgrabio=

Viecanellanj ejusdem Hobis dilecti.

Delatio ut supra

Confirmatio articulorum Pallii=darum Oppidi Udipegrad

In nomine Dni amen

Ad perpetuam rei memoriam, Nos Segismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie et Significa=mus presen Literis nostris quorum interest uni=versis et singulis. Exhibitos esse nobis nomine Palliidarum Oppidi nostri Udipegradien cer=tos articulos fraternitatis et Contubernij ejus=rum inter eos constitutos. Supplicatumq esse ut eos authoritate nostra Regia approbare, ra=tificare et confirmare dignaremur. Quorum tenor sequitur et est talis. In primis quicunque frater Palliidarius esse velit introitarium in Cistam fraternitatis groszes decem dabitur est, vel id quod cum gratia fratrum fuerit. Item ut eo melior diligentiorque administratio fuerit, duo Seniores eligi debent, eorumque seu ci=stam fraternitatis apud Seniorem Contuber=nij. Claves vero a Cista fraternitatis apud Senio=rem esse debebunt. Iuniorque fratrum noviter ex

sceptus

sceptus lecturam funebralem et alias fraternita-
tis res servare debebit. Si autem quispiam fratrum
ejusmodi lectura aut alia quacunque re, quæ fra
ternitatis fuerit opus habuerit, hic vero frater-
nitatis secum accepto Seniores adire debebit. Cui
cum Seniores mandaverint, verbus tandem lectu-
ra funebrali, a juniore fratre acceptura, eaque
funeris fuerint ordinare tenebitur premij, ab
alio fratre medium großum acceptarus. Cum
vero aliquis fratrum, vel uxor ejus aut puer,
famulusve ex hac vita decesserit, omnes fra-
tres Processioni, funeri, exequijsque interesse de-
bebunt, nisi se quispiam aderis interim occu-
patum negotijs legitime excusaret. Uxorem ni-
hilominus suam mittere debebit, pro offertorio
singuli fratres nominatim unum denarium dare
debent aut orationem

Porro pro tractan negotijs fraternitatis sin-
gulis anni quartalibus tempore videlicet
Quadragesimæ Pentecosten Divi Matei et An-
næ Lucie festum convenire debent. Et si quod
contra predicta fecerint, extunc tenebuntur tun-
nam Cereusja fratribus cine misericordia. Pro con-
struendo vero Candellis pro Corporis Christi vel
alio quopiam festo, quod aliquis fratrum ad

man-

mansionem Senioris per Huntium Domi
proventus non venerit, poenam unius talen=
ti cerae succumbet. Quod si vero aliquis
fratrum vel sororum rebellis fuerit, adventum
ac poenam non curans, eatunc per Senio=
res predicti Contuberny ad officium Proconsulis
et Consulum delatus puniri ibidem apud Consu
lem debet. Quod si vero aliquis fratrum Sororumve
dicti Contuberny. quatuor tempora non solve=
rit, primo, secundo, tertio, ad id quarto toties
muletam toties dicae cerae fraternitati irre=
missibiliter solvere succumbet. Et si praemissa
quatuor tempora, videlicet et muletam sol=
vere non renuerit his persolutis et satisfactis
fraternitatem in pace dimittat. Si vero quis pi=
am fratrum vel sororum sal emerit, aliter e
manibus illius illud sal exemerit seu exerce=
re intenderit, hic poena quinque D. Scrupulorum cerae
irremissibiliter fraternitati solvere puniri debet.
Quando vero aliquis fratrum ab alio aliquem
sal ementem ad se verbo vel digitto juncto
aut alio quocunq signo advocaverit et de hoc
convictus fuerit, et coram fraternitate congue=
rulatum, poena unius talenti cerae puniendus
est. Praeterea quicunq fratrum aliquem frater=
nitatem non tenentem sibi adjunxerit, cum
eodem vicissim ac conjunctim sal divendide=
rit
vel sororum=

rit, pœna quinque Librarum cere puniri de=
bebit. Nullus itaque Fratrum aut Sororum
in Foro ad diuidendas res, majorem mensam
quam trium Cubitorum habere audeat, sub
pœna duarum Librarum cere. Quod si vero ali=
quispiam Fratrum in Foro cira res occupa=
tus fuerit, et Junius in Ecclesia nondum ser=
vatum extiterit, ibidemque in Foro cira Sal
præventus pœnam quinque dicarum cere so=
lemnitati succumbet. Quod si vero aliquis ut=
Frater alterius mensam in Foro locatam et
constitutam de loco moverit seu tonderit,
et hoc protestatum fuerit per eum qui in
juriam passus est, Et coram Senioribus Fra
tribus conquestum, puniri debet pœna uni=
us talenti cere. Quum vero aliquis Fratrum
adminus grossos res altero Fratri debitor exti=
terit, solvereque noluerit et recognoverit, et
hoc coram Senioribus Fratribus per partem
conquestum fuerit, ad decursum duarum Septi=
manarum, sub pœna unius talenti solutio
nem facere debet, et si per hoc spatium non
solverit ad alias duas septimanas

Confirmatio Literarum Divi

olim

olim Sigismundi Legis Liber-
tates ac immunitates Civium
Bidgostiensium in se continenti-
um.

Copiam regestris Camellario nostro invertam
et inscriptam habuimus, ratificare gratificare
re et approbare dignaremur. Cujus tenor de ver=
bo ad verbum sequitur sub hac forma. In nomi=
ne Domini amen. Quia Meritò et Dignè Maje=
sta Legum Fora seu Oppida quælibet, pro sua
et terræ suæ utilitate construere ipsorumque per
Advocatos, a quibus in loraudum exordium su=
munt, radicare consuevit, Tunibus potissimè
et legibus ut perpetuis inconfracta tempori=
bus vigeant, et multiplicata perseverent,
fulciens ac decorans solemni Scripturarum
titulo, cum fidedignorum annotatione testi=
um propter transitum seu cursum temporum
in memoria labilitate soliditat et firmat. Provi=
de Nos Casimirus Dei gratia Rex Polonia nec
non Cracovie, Sendomirie, Siradie, Lanciciæ,
Cuyavie Pomeraniæ terrarum Dnus et hæres,
etc. Memoriæ perpetuæ commendari, Notum
facimus universis et singulis, tam presen quã
futuris, Quod cum ex officio Regio Nobis divini=
tus attributo utilitatis Regni nostri ampliare
uberius debeamus, ut inde presens simul et futu=
rus nobis et nostris Successoribus fructus ac
geatur. Considerata itaq constanti Provisorum
virorum Joannis dicti Kiepelchulth et Conradi
sorti seu vagaci discretione, ipsis et ipsorum Suc
cessoribus de consensu maturo nostrorum Ba
p proventium tenore literarum Fruitanis= ronum

ronum dedimus, immo damus et conferimus
unam planitiem, sub Castro Bidgoszra vul-
gariter dicto, vacuam et desertam pro locando
Foro aut Oppido plantando, jure Theutonico
Maideburgen ibidem habendo et conservando.
Quod Oppidum Kunigesburg debet nominari, et
pro hujusmodi Oppidi Locatione seu Plantatione
Joanni et Conrado eisdem, ac eorum Legitimis Suc-
cessoribus utriusque sexus damus et tribuimus
ac præbemus Advocatiam in Oppido eodem tem-
poribus perpetuis, jure hereditario libere tenen, ha-
ben regen possidendam, venden, commutan, dan,
donan et prout eorum Advocatorum ac Succes-
sorum ipsorum visum fuerit voluntati conver-
ten. De cujus quidem Advocatiæ Judiciorum ob-
ventionibus omnibus, Nobis duo denarij cedent,
et ipsi Advocati et eorum Successores tertium
denarium pro se tollent et percipiendo posside-
bunt. Quicquid vero Advocati prædicti in ipso Op-
pido nostro in venditorijs Pannorum, Institis mer-
catorum Baneis pannum, Carnificum Sutorum, et
quorumlibet in ipso oppido mercantium, Stubarū
Balneorum de censo comparaverint, et auxerint,
nobis pars ipsius census, cum, Advocatis et eo-
rum Successoribus secunda, et Oppido dicto tertia, re-
liqua pars debet dirimari, in quo quidem Oppido di-
ctis Advocatis cum socijs utriusq sexus liberis cui-
libet ipsorum per se specialem aciam ipsis com-
peten damus liberam et integram. Praterea omnes

et

et singuli Cives dicti Oppidi annis Omnibus et
singulis in quolibet festo purificationis Sancte
Marie gloriose Virginis de qualibet arca per tres
grossos monete communi currentis in terra
census solvere teneantur, de quo censu nos, seu
Advocatis duas sortes et consules tertiam per=
cipiemus. Admittimus etiam ut ipsi Advocati
omni anno in Oppido eodem cum Consulibus
et consensu nostro aut nostri Burgrabij Bid=
gostiend constitutiones faciant pro utilitate Op=
pidi nostri, ad comprehendos rebelles, et lucrum
inde proveniens, in tres dividitur partes, de qua
divisione, nobis una, Advocatis secunda, et ter=
tia Pars Consulibus cedet pro dicti Oppidi me=
lioratione. Damus etiam dicto nostro Oppido
monetam facere debere et habere, census ta=
men sive Fructus de moneta ipsa proveniens
ad nos et nostros Successores et toto pertine=
bit. Admittimus insuper ut dicti Advocati
Scholas et Campanariam in dicto Oppido
existed, cum Consulibus Conferant cui vo
luerint, propter Deum de consensu tamen
et voluntate Plebani, Caterum volumus quod
si contigeret ut per aliquem querulantem aut
responder sententia aliqua inventa per Sa=
bines arguereter, nemi aliàs extunc quam per
Consules dicti Oppidi sententia ipsa debet decla=
rari, et nisi sufficerent, tunc ad Consules Slavi=
slavien pro sententia hujusmodi declaratione
vocaretur. Contingente autem, quod si de judiciis
dicti Oppidi per quempiam de Civibus ad Ca=
strum nostrum Bidgostiend appellaretur, causa
hujusmodi appellationis per Burgrabium nostrum

jure

jure Teutonico Maidebergen debet audiri
et terminari, sed non tamen simplex querela
Demum dicti Oppidi Kunigesbrug granicies et
metas perpetuis temporibus duraturas hoc modo
declaramus. Primo videlicet incipiendo a fluvio
dicto Dbra, via, que ducit versus Ianuvladisla=
viam ad lacum Pelzino nuncupatum, a quo
lacu ad gades Monachorum de Biporia, a quo=
rum Monachorum gadibus per fluvium dict
Bra ad gades Salhucze, usque ad granicium
Henicze et a Henicze ad granicies Mislucrin
et a mislucrin ad predictum lacum Pelzino
justam viam, que ducit a vinistris transeundo
dictum Oppidum nostrum habebit granicium
in latitudine trium cordarum mensuralium,
quarum quelibet corda continet decem virgas,
et quelibet virga debet esse in longitudine quin=
decem pedum, et in hujusmodi nostra decla=
ratione per totum in campis mercis silvis
borris et alijs bonis ad nos pertinen, prefati
Advocati in terra et arboribus pro prefato no=
stro Oppido sive in judiciali, et a Mili=
tum et aliorum quorumlibet ipsum Oppidum
circumquaq eodem distinguendo et limitando
gades seu granities signabunt prout ipsis
melius visum fuerit, pro Commodo prefati
nostri Oppidi et utilitate. In quibus quidem gra=
niijs omnibus et singulis predictis Advo=
catis et suis Successoribus de utroq sexu damus
decimum mansum cum omni utilitte et ob=
ventione qualibet, que nunc est aut esse potes=
rit quoquo modo in futurum. Item damus

honigesspburg viginti mansos liberos pene ipsum
Oppidum pro quaque necessitate seu utilitate ha=
bendos, de quibus mansis dicti Advocati cum eorum
Successoribus duos mansos eo modo liberos hare=
ditarie possidebut. Item admittimus ipsis Advocatis
molendina construere seu edificare in Oppido predi=
cto et extra et infra dictas granicies ipsius Op=
pidi, ubi eis placuerit quot quot volunt sine omni
recusatione nostra impensa. Do quorum molen=
dinorum fructu et utilitate nos unam partem per=
cipiemus, Advocati cum molendinatoribus duas
partes sibi recipient et habebunt. Damus etiam
Advocatis sepedictis et eorum Successoribus seu
cuiusque unam locationem in ea Bielitze liber
quotcung mansos pro agricultura propria eradi=
candi, et quando ad usum redierint, elapsa libertate
de quolibet manso alij Successores quolibet in Fe=
sto Purificationis Sancte Marie per orto Sueros
denariorum communiter currentium in terra Po=
bis solvere et nostris Successoribus tenebuntur, hoc
adjecto, quod si ipsi Advocati infra granicies pre=
dictas, aut eorum Successores centum aut ducen=
tos sive plures vel pauciores mansos, exempta
locatione ipsorum Bielitze rediendos et extir=
pandos in usum exposuerint, prospere omnes
et singuli huiusmodi mansorum quicung fue=
rint post libertatem per orto etiam Soleos dena=
riorum in Oppido dicto moneta, quolibet anno
in Festo Purificationis Sancte Maria solvere no=
bis erunt astricti. Si autem aliquod metallum
auri et argenti et aliud quodcung in dictis gra=
nitijs repertum fuerit et inventum, nos pro la=
boribus tertium appropriamus denarium et super=
fluum ad denarium, et superfluum ad labora

huiusmodi

hujusmodi metalli spectans, Advocati cum Con=
sulibus predicti reliquas duas partes appo=
nent et impendent, utilitates vero ipsius metal=
li nos tertiam partem et ipsi Advocati cum Con=
sulibus reliquas duas partes recipiemus. Item vo=
lumus et admittimus ipsis advocatis et omnibus
in predicto Oppido et infra granicies Oppidi
manentibus, ligna secta vel extirpata, absque
impedimento Burgrabij et quorumlibet nostro=
rum Prouvatorium et Officialium impedimen=
to navigio libero, et omnia mercimoniarum, re
qualescung per fluvium Dbra navigare cum na=
vibus magnis et parvis ducere et reducere, pro
ipsorum beneplacito et voluntate. Insuper in=
fra omnes granicies predictas prælibati Advoca=
ti, judicabunt, omnes et singulas vias et quas=
libet semitas et aquas, item videlicet ipsi Ad=
vocati proprios et alios infra ipsas granicies
transeuntes, excepto fluvio Dbra prius dicto,
hoc enim Burgrabio Bydgostien committimus
judicare, de judicio tamen dicto per Advocatos
judicando nobis duo denarij et ipsis Advoca=
tis tertius cedere debet, et deinceps. In dictos
insuper Advocatos et eorum progenies, ac
omnes Cives dicti Oppidi Kunigespburg, prout
ipsum Oppidum est circumquaq limitibus sive
granitijs signatum et distinctum gratiam Re=
giam effundere volens ampliorem, Eis omnia
jura Polonicalia et omnes angarias et præ=
angarias, seu qualescumq consuetudines Poloni=
cales quibuscunque vocitentur nominibus re=
movemus et per omnia et in toto Eximimus
preterea liberamus et penitus absolvimus

prælibatos

prælibatos Advocatos et eorum Successores cum o=
mnibus et singulis Civibus prædicti Oppidi et
hominibus in granicijs manen ab omni quolibet
judicio et Jurisdictione Regni nostri Palatinorū
Castellanorum Judicum Officialium quorumlibet nostro=
rum, sii quod coram eis et eorum altero minime
pro causis quibuscunque ac offensis seu lesionibus
et injurijs, quæstionibus magnis aut parvis respon=
debunt, nisi coram dictis Advocatis suis, ipsi Ci=
ves et homines ad Oppidum Konigesburg pro=
fatum pertinen, et Advocati aut eorum Succes=
sores coram nobis vel nostro judicio Regio, citati
prius per literam nostro sigillo Regali insigna=
tam de sequelantibus, suo tamen jure Theu=
tonico Maydeburgen responden tenebuntur. In cau=
sis autem Criminalibus puta furti, homicidij, mu=
tilatione, incendij, sacrilegij, dicti nostris Advo=
catis cum Scabinis seu juratis protacti nostri Op=
pidi judicandi, sententiandi, condemnandi et pu=
nien secundum exigentiam expedicti juris Mai=
deburgen, damus, tribuimus, et confirmus omni=
modam et totalem facultatem, hoc autem inter
addicien, Quod prædicti Advocati aut eorum
Successores libertate, quam eis cum nostro prædi=
cto Oppido concedimus elapsa, nobis et nostris
Successoribus, quaslibet expeditiones, cuem ho=
minem galeatum, et aleum in levibus armis, in
bonis spadonibus quando et quotiescung per nos
aut nostros Capitaneos requisiti fuerint mittere
sint astricti. Ut autem præmissa omnia firmaq
inconvulsa

inconcussa et inconfracta per nos memoratis
Advocatis eorumq Successoribus legitimis de utroq
seu ac Oppido nostro Konigesburg, de consi=
lio nostrorum Baronum gratiosius data per=
petuis temporibus permaneant, et per nostros
Successores quouspiam totali effectu tueantur, pre=
sentes conscripti et ipsimet advocatis dari jus=
simus nostrorum Regalium sigillorum mu=
nimine et appensione roborati. Actum et con=
firmatum in Oppido nostro Bresth feria quar=
ta infra Octavas Epiphe. Anno Domini Mil=
lesimo tricentesimo quadragesimo sexto. Presenti=
bus ijs testibus, Venerabili et Reverendo in Chri=
sto Patre Domino Jaroslao Sancte Gnesnen Eccle=
sie Archiepiscopo, nec non Baronis nostris Do=
minis Alberto Palatino Cujavien, Plebda Brze=
sten, Jarando Dospienen Nicolao Wolski Pru=
sswicien Castellanis, Boguwilo Subdapifero
Wladislavien, Stanislao Subpincerna Cracovien
et Capitaneo Calisien et alijs quam pluribus te=
stibus fidedignis cuius premissa. Datum per ma=
nus Dni Thomislai Viecaniellarij Curie nostre,
preterea Civitati predicte quanto magis gratia
liberalitatis nostre foret consolata amplius cre=
scat et uberius augeatur Consulibus et Civibus
Civitatis predicte fructus quoslibet et proven=
tus, quos sub Pretorio Civitatis predicte et circum=
circa facere et adjungere poterint, pro usu et ne=
cessitate ac utilitate Civitatis predicte et republ:

assignamus

apignamus perpetuis temporibus et largiamur.
Eumbus tamen proventibus et consvetudinibus no=
stris Regalibus ex antiquo habitis et servatis sem=
per salvis quibus per omnia minime attendimus
derogare. Nos itaque huiusmodi petitionibus di=
ctorum Civium tanquam justis et rationabili=
bus benigniter annuendo, Privilegium predictum
cum ejus contentis clausulis punctis sententijs
ac conditionibus articulis et concessionibus donis
ipsis per nos factis ratificamus innovamus con=
firmamus et approbamus per presentes, Decer=
nendo ipsum robur obtinere perpetue firmitatis
in premissis harum quibus sigillum Majes=
tatis nostre appensum est testimonio Litera=
rum. Actum in Gnesna feria quarta infra octa=
vas Corporis Christi, Anno nativitatis ejusdem
Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.
Presentibus ibidem Reverendissimis in Christo
Patribus Dominis, Alberto Dei gratia Sancte Gne=
snen Ecclesie Archiepiscopo et Primate, Andrea
Episcopo Posnanien. Magnificis et Strenuis nobi=
libus Sandivogio de Ostrorog Posnanien, Alber=
to de Oschanadow Calissien, Matia de Labischin
Brzostow, Joanne de Kosielicz Wladislavien Sala=
tinis, Thoma de Sokolnik Castellano Bidgostien
et alijs quam pluribus testibus fidedignis circa
premissa. Datum per manus Venerabilium Joan=
nis Decani Cracovien Cancellarij et Stanislai
Przioleh Cantoris etiam Cracovien Viecancellarij,
Regni

Regni Polonie ipsiusq nobis dilectorum. Nos ve-
ro eorum petitionibus gratiose inclinati privi-
legium presentibus insertum immorandum rati-
ficandum approbare et confirmare duximus, con-
firmamusq ratificamus et approbamus tenore
presentium mediante, decernendo ipsum habere vo-
bur perpetue firmitatis. Sed et ipsi Cives singu-
laribus prerogativis nostris suffulti tanto fer-
ventius tantoque facilius reparationi Civita-
tis insistant, quam ea fundamentis et agere
muro magna in parte erecto, cingere et fortifica
re ceperunt opusque ceptum celerius perficiant.
Omnibus et singulis dicte Civitatis incolis et
Inhabitatoribus ex nostra speciali gratia tri-
ples annale forum dedimus et contulimus pro
Festis Sanctorum Egidij, Martini, et Sancte
Agnetis, septimanale vero singulis sabbati-
vis diebus ab hominibus quibuscunq Civitatem
illam venendi emendi rerumque suarum com-
mutandi causa, cum quibuscunq rebus in-
trantibus, more aliarum Civitatum Regni
nostri tenendo, habendi, celebrandi liberi absque quo-
vis impedimento, nisi tales sint, quos jura non
tuentur, et vivorum bonorum commercia dene-
gantur. Tales enim ab hac prerogativa volumus
esse alienos, damus preterea eis liberam Carnis
in Civitate prefata emptionem venditionem die
septimanalis fori prefati. concedendi insuper eis
per fluvium Wisla liberam navigandi licenti-
am navibus magnis et parvis, merces ipsorum
cujuscunq

cujuscunq; generis vehendi ducen verden commutan,
juxta consuetudinem aliarum Civitatum Regni
nostri, prout navigabant ex antiquo. In cujus rei
testimonium Sigillum nostrum jussimus subap-
pendi. Acta sunt hec in Conventione generali
Piotrcovien feria sexta post Lucie, anno domini
Millesimo quadringentesimo octuagesimo Quarto.
Presentibus ibidem Reverendissimis Dnis Sbigneo
Cracovien Primate, Joanne Leopolien Archiepp̃is,
Joanne Cracovien, Petro Wladislavien, Vriele
Posnanien Episcopis, nec non Magnificis ac Gene-
rosis Jacobo de Dambno Castellano, Joanne De
Tarnow Palatino Cracovien, Matia de Brin
Posnanien, Spitheone de Jaroslaw Sandomirii-
en, Nicolao de Brudzewo Cracovien, Nicolao
de Cetno Senicien et Capitaneo majoris Polo-
nie generali, Joanne de Gnorow Brzesten, Do-
beslao de Curozwanki Lublinen Palatinis. Joan-
ne de Ostrorog Posnanien, Paulo de Jasieniecz San-
domirien, Matia de Kurzelow Brzesten, Joanne
de Podlodow Zarnovien Castellanis, Petro de Curo-
zwanki Regni Polonie Vicetesaurario, Raphaele
de Jaroslaw ejusdem Regni Marschalco, Sbigneo de
Thenczin Succamerario Cracovien et alijs quam
plurimis circa premissa. Datt. per manus Nobilis
Cristani de Curozwanki, Regni Polonie Cancellarij, ac nostri
Nobis dilecti. Nos itaq; Sigismundus Rex prano-
minatus supplicationi prefatorum Consulum Bi-
dgostien ut justo et rationabili benigneannuen, pre-
insertum Privilegium seu Literas de certa nostra scientia

et

et voluntate Regia in omnibus earum punctis arti-
culis conditionibus sententijs et clausulis innovari
roborari ratificari approbari et confirmari decrevimus
prout authoritate nostra innovamus roboramus
ratificamus approbamus et confirmamus proseq
decernendo eas robur debitæ et perpetuæ firmita-
tis habituras perpetuo et in earum tenore pre-
sentium mediante. In cujus rei testimonium sigil-
lum nostrum presentibus est Actum et Datum
Cracovie Feria secunda post festum Annunciati-
onis gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima. An-
no Dñi Millesimo quingentesimo quadragesimo
quinto. Regni nostri trigesimo nono. Presentibus
Reverendissimo et Reverendis in Christo Patribus Do-
minis Petro Archiepiscopo Gnesnen et Episcopo Cra-
covien, Samuele Plocen et Regni nostri Vicecancel-
lario, Andrea Zebrzidowski Camenecen et Pomera-
to Chelmen, Joanne Drojewski nominato Camene-
cen Episcopis, nec non Magnificis Generosis et Venera-
bilibus Petro Comita de Wornicze Cracovien Palatino,
Przemislien Colen Capitaneo ac Regni nostri Marscal-
co, Nicolao Wolski Pendomirien Serenissimæ Con-
jugis nostræ Domino Bona Reginæ Poloniæ Curiæ
Magistro Lomzen Wiznen Sanocen Lanczkorunensq
Capitaneo, Petro Opalinczki Gnesnen Bistinen et
Costen Capitaneo Serenissimi filij nostri Domini
Sigismundi Regis Curiæ Magistro, Spitkone a Thar-
now Wornicen Regni nostri Tesaurario Syradien
Crzepicensque Capitaneo, Stanislao de Mariejowice
Radomien Zawichostensque Capitaneo, Severino Boner
de Balice Bicen, Burgrabio, Zuppario et magno
Procuratore

Procuratore Cracovien Gburienzimen Latoriensq Capitaneo Castellanis, Terra Soborzili Regni nostri Cancellario Burgrabio Cracovien et Capitaneo Cziechovien, Comme Grzeski Succamerario Cracovien Jacobo Uchanski Decano Sloven Cracovien et Referendario Przerembski Cuspinicen Secretario nostro Canonicis, et alijs quam plurimis dignitarijs Officialibus et aulicis nostris sigmere nobis fidelibus dilectis testibus circa premissa fidedignis. Datum per manus Reveren in Christo Patris Domini Comuelis Episcopi Sloven et Regni Polonie Cancellarij sigmere nobis dilecti. Nos itaq Sigismundus Augustus Rex prenominatus supplicationibus nonnullorum Consiliariorum nostrorum uti justis benigneannuen Privilegium seu literas proinsertas de certa scientia et voluntate nostra Regia in omnibus earum punctis clausulis articulis conditionibus sententijs innovandas roborandas ratificand approbar et confirmar duximus, prout autoritate nostra Regia innovamus roboramus ratificamus approbamus et confirmamus presentibus decernen eas omniaq et singula in eis contenta robur debite et perpetue firmitatis obtinere debeu perpetuo et in earum tenore presentium mediante. In cujus rei fidem et firmius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Petricovie in Convention Regni generali feria sext post festum Sancti Andree, Anno Domini MDXVIII Regni vero nostri XXIX. Presen ut supra

Relatio cujus supra
Faulsa

Facultas Parmi landen et alterius cujusvis generis Regiomonti emendi et in Regnum invehendi, ac ubique divendendi famato Melchiori Wolbach Civi Warsovien concessa.

Sigismundus Augustus &c

Planum testatumque facimus Literis hisce nris quorum interest universis. Teipse Nos facerq per presentes plenam et omnimodam facultatem famato Melchiori Wolbach Civi et Mercatori nostro Warsovien et ejus factoribus Parmi Lunden, et alterius cujusvis generis Regiomonti apud Illustrissimum Dominum in Prussia Ducem sive Illustritatis ejus factores, quantum poterit quantumque illi visum fuerit emendi et in Regnum nostrum invehendi, libereque absque cujusvis impredimento, tam in Regno nostro quam alias ubivis divendendi. Quod omnibus quorum interest denuntiantes mandamus, ut famatum Melchiorem Wolbach justa hanc concessionem nostram conservent, neq eam ulla in parte violare audeat. In gratia nostra. in cujus rei fidem et firmius testimonium Sigillum nostrum presentibus est.

subappsum

subappensum Datum Piotrkowie Die tertia
Mensis Decembris, anno quo supra

Relatio cujus supra

Approbatio Literarum infrascriptarum pro Parte Civium Budgostien.

Sigismundus Augustus &c

Planum testatumque esse volumus universis quorum interest. Exhibitas esse coram Nobis Literas infrascriptas sub titulo et Sigillo nostro Vilno non ita pridem emanatas, Civibus Budgostien concessas. Suppliciatumque est Nobis nomine illorum per certos Consiliarios nostros, ut eas transcribi et sub data presentis Conventus extradi mandare dignaremur. Quarum tenor est iste. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masovis Samogitiæ ac Dominus et Hæres. Notum facimus Literis hisce nostris quorum interest universis et Singulis, Recipe Nos et facere eam potestatem Civibus Budgostien, ut quoties in Salinis nostris Budgostien sal album minutum desiderari

deesse

decesse contigerit, Sal granulatum transma-
rinum e Cedaro vel aliunde in Civitatem Bi-
dgostiensem importare invehereque, et libe-
re ac manifeste nullo prohibente venale habe-
re ac divendere possint. Quem autem Sal al-
bum nostrum in Salinas nostras Bidgostien
invehi debebit, Salinarum nostrarum Præfectus,
ante ejus importationem, in Sex Septimana-
rum Spatio ante Salis nostri advectionem com-
putand, eis denuntiare debebit, ut intra sex
Septimanarum Spacium. Cives nostri Bi-
dgostien sal suum præfatum granulatum
omne divendant. Quod si quis illorum intra
dem Sex Septimanarum Spacium totum Sal
suum transmarinum divendere non pote-
rint Salinarum nostrarum Præfecto denunti-
are debent. Salinarum autem Præfectus illud
obsignare debebit, ita ut Sal illud totum, sale
albo in Salinis nostris durante in quodam
quasi sequestro ponatur, neque prius quam
post salis nostri divenditionem vendi permit-
tatur. Qui vero alia conditione Sal transmari-
num habere vel alio tempore vendere non du-
bitaverit, is Secundum Statutum Regni pu-
niendus, atque Sale privandus erit. In cujus
rei Fidem et testimonium Sigillum nostrum
præsen

præsen

præsentibus est appensum. Datum Vilnæ feria
Quarta Cinerum. Anno Dñi MDLVII. Regni
vero nostri XXVIII Joannes Przerembski R. Pe
viecancellarius rit. Relatio Andri Joannis
Przerembski Regni Poloniæ Viecancellarij De=
cani Gnesnen Wilnen et S. Floriani
in Kleparz Præpositi. Nos itaque Supplicatio=
nibus hujusmodi, uti justis, benigne annuen,
præinsertas Literas transferibi, et sub sigillo nu=
stro extradi jussimus, harum testimonio Litera=
rum, quibus Sigillum nostrum est appensum.
Datum Pietrcovie in Conventione generali Re=
gni nostri die secunda Decembris Anno Dñi
MDLVIII Regni vero nostri XXIX

Relatio cujus supra

Consensu Regio commutatio bo=
norum infradescriptorum inter Jo=
annem Koszmas Civem et Gabrie=
lem a Zgierz Slebanum Bidgosti=
enses facta firmatur.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsentibus Literis quorum in=
teresse universis. Nos ad intercessionem queren=

dam

dam Consiliariorum nostrorum pro Fama-
to Joanne Kosmas Consule Bidgostien ad Ho
sactam, ipsi in eam commutationem coram
Consulatu Bidgostien factam et per Venerabi-
lem Felicem Dulski Juris Pontificij Doctorem
Eccles.ie Wladislavien Cantorem, tanquam Sede-
vacante Episcopatus Cujavien administratorem
approbatam et firmatam, domus et horti in
Suburbio Schusthovien inter Domum et hor-
tum Vnbis Andreæ Schasiecki Præpositi San-
cti Stanislai ex una, et inter Domum et hortum
Dorotheæ Grziwina ex altera parte jacentis, cum
cum Vnbi Gabriele a Izieski, Plebano Bidgosti-
en, pro horto ex opposito granariorum fama-
ti olim Thomæ Szalanek Proconsulis et pre-
dicti Joannis Kosmasch Consulis Bidgostien
ex una et penes viam Communem Civilem post
Templum Mariæ virginis ex altera parte jacen-
te fecit, consentiendum duximus, uti quidem ea-
quam Supremus omnium Ecclesiarum Tutor
et Patronus consentimus Literis hisce nostris, de-
cernendo eam et omnia in eis contenta robur debita
firmitatis obtinere debere, In cujus rei testimo-
nium Sigillum nostrum præsentibus est appen-
sum Datum Petricovie Die quarta Decembris
Anno Domini ut supra.

Relatio cujus supra
Adv. Vitalitas

Advitalitas Nobilium Alberti
et Georgij Nadrostich fratrum
germanorum in medietate Advo=
catie in Oppido Lipini et Terra Dobrzinen
consistent, ac in omnibus utilitatibus et emo=
lumentis ad ipsam Advocatie medietatem ex
antiquo pertinent. Litere in forma volita Can=
cellarie extradite. Piotrkovie in Conventione
Generali Regni die quarta mensis Decembris
Anno Dni M D L VIII. Regni nostri X X I X

Relatio.

Consensu Regio commutatio
Hortorum infradescriptorum in=
ter Famatum Franciscum Apo=
tecarium ac Honblem Gregori=
um a Izieri Plebanum Bidgo=
stien facta firmatur.

Sigismundus Augustus &c

Significamus presentibus Literis quorum inter=
est universis. Quod cum famatus Franciscus Apo=

tearius Civis Bidgostien et Hoblis Gregori=
us a Zgierz Parochus etiam Bidgostien commu=
tationem mutuam Hortorum coram Notario
Publico inter se fecissent eosque sibi resignassent,
quorum unus videlicet Plebanalis, situs est inter
hortum Francisci Sopanski ex una, et Hortum Smo=
gorzewska parte ex altera, alter vero nempe fran=
cisci Apotecarij situs est in Suburbio Sulskovi=
en inter hortum Famati Joannis Koszmas ex
una et Hortum Magnificorum Palatinorum de Ko=
sielicz, Et quoniam ea commutatio consen=
sum nostrum requirebat, interfuerunt quidam
Consiliarij nostri pro Famato Francisco Apote=
cario ut Nos tanquam omnium bonorum Eccle=
siasticorum Patronus, in eam commutationem
et resignationem hortorum prædictorum consen=
tiremus, eamque auctoritate nostra approbare=
mus et confirmaremus. Nos itaque intercessio=
ni ejusmodi annuen, in hanc ipsam commu=
tationem et resignationem hortorum, quocunq
modo coram ipso Notario publico inter super=
us nominatas personas factam consentimus, alq
eam auctoritate nostra approbamus et confirma=
mus præsen, decernen eam vim et robur fir=
mum et perpetuum obtinere debere. In cujus
rei fidem

rei fidem et Datum loco Die et Anno quibus supra.

Relatio ut supra.

Confirmatio Literarum Divi olim Casimiri Regis, super Sultetiam ville Glyboka servien.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presen Literis quorum interest u=
niversis presentibus et futuris harum notitiã
habituris exhibuisse coram Nobis Magnificum
Joannem de Cribspino Regni nostri Cancella=
rium Cracovien generalem ac Opuiesimen
Zatorien, Sandecen, Olsinendque Capitaneum
syncere Dilectum Literas pargamineas, titulo
et Sigillo subappenso, olim Casimiri Regis Polo=
nie communitas, super ville nostre Glyboka
Districtus Bieren Sultetiam, cujus est memo=
ratus Magnificus Joannes de Cribspino moder=
nus Possessor concessas. Quas licet in aliqua sui
parte fuissent vetustate consumpte et attrite, nul=
li tamen vicio aut suspicioni subjacebant. Se=
ipseque, ut ejusmodi literas, et omnia earum
contenta autoritate nostra Regia innovare ap=
probareq

probareque ratificare, et confirmare dignaremur.
Quarum tenor fuerat. In nomine Domini amen.
Quod magnifica rerum decernit fieri autoritas, ra=
tum atque Srabile temporibus perpetuis debet
permanere. Proinde Nos Casimirus Dei gratia
Rex Polonie, nec non terrarum: Cracovie Pomo=
merie Siradie Lencicie Cuyavie Pomeranie Rus=
sieque Dominus et hæres. Notum facimus tam
presentibus quam futuris, quibus expedit uni=
versis. Quod cupiens nostram et Regni nostri uti=
litatem per amplius dilatare, Regnumque nostrum
in Districtu Bzecen per extirpationem nemorum
impedicius reformare. Providi Nicolao villam
nostram /: quam volumus Flambeka vulgari=
ter nuncupari :/ circa Bzecz situatam, super
fluvium dictum Crodna ex utraque parte ipsi=
us fluvij viginti mansos in se continen, jure
Teutonico Maideburgen damus et concedimus
locandi plenam potestatem, Eidemque Nicolao
de Hispa et hæredibus Successoribusque ejus le=
gitimis, ratione locationis Scultetiam in di=
cta villa nostra cum Redditibus utilitatibus et
proventibus suprascriptis conferimus, videlicet
quatuor mansos tabernam cum Braseatoris, Mo=
lendinum cum Pisina, duos hortos unum pro
Taberna, et alium pro Pastore gregis, mensas

panum

parcum Carnificum, Pistorum, Sutorum et Inqui=
linos omnes, quotquot in dicta villa inhabita=
verint seu locati fuerint, Pisinas quoque quot=
quot ibidem facere poterit, damnis Cmetonum
non obstantibus, villagium totum alias Pla=
stric cum facultate in eo locandi hortulanos
et Inquilinos pro usu predicti Scultheti justa
ipsius beneplacitum, venationem leporum, vul=
pium, et avium quarumcunque, Sestum de
nariis de censu, Sestam mensuram avene,
sestum gallum, tertium denarium de re qua=
libet judicata, unum marsum pro grege pel=
lendo, quos Shothnicza dicitur, tenend, haben, ven=
dendam, commutandam, alienand, in usus suos
os beneplacitos convertendam. Preterea volu=
mus ut omnes et singuli Cmetones villa no=
stra Glemboka predicta, quotquot pro tempore
fuerint, teneantur et sint perpetuis temporibus
obligati, quinque dies, quos Thloki vocantur
singulis annis predicto Scultheto quocunque mo=
do et in quocunque loco necessitas dicti Sculte=
ti postulaverit, laborare, et eidem honores, alias
Clodi bis in anno prestare, sine omni impedi=
mento et contradictione Tenutariorum ejusde
ville nostre Glemboka modernorum et pro
tempore existen. Decernimus insuper, et edicto

nostro

nostro statuimus, ut quilibet Cmetho jam dictæ
villæ de quolibet manso Solubili, orto Scotos pro
censu et fertonem pro decima, cui debebitur de ju=
re, expirata libertate in Festo S. Martini Confes=
soris, annis singulis et temporibus perpetuis da=
re et solvere. Scultetus vero prefatus ad quam=
libet expeditionem generalem in equo armatus.
Sancerio, chyrothecis, et Pileo ferreis decenter ex=
peditus, Nobis et nostris Successoribus servire
tenebatur. Ab alijs vero omnibus et singulis servi=
tijs, angarijs et preangarijs tam nostrorum quã
Tenutariorum villæ prefato pro tempore existen,
quocunq; nomine vocitatis, ipsum Scultetum et
ipsius Successores, liberum et perpetuo absolutum
esse volumus et decernimus. Item quidem Scul=
tetum modernum et pro tempore existentem, nec
non omnes et singulos Cmetones et incolas villæ
nostræ Glamboka suprædicta eximimus et libe=
ramus ab omnibus potestatibus Juribus et Ju=
dicijs Regni nostri, omnium Palatinorum Castel=
lanorum Judicium Subjudicum et Ministerialium
eorundem universorum, ita quod coram ipsis aut
aliquo ipsorum tam pro magnis quam parvis
causis, puta furti, Sanguinis, homicidij, incendij,
ac alijs quibusvis causis citati seu vocati mini=
me respondeant, Sed tantum Cmetones, Coloni,

et Incolæ

et Incole predicte ville coram suo Scultheto, qui fuerit pro tempore. Scultetus vero coram Ho= bis Duntaxat, dum per Literas nostras sigillo nostro obsignatas ad presentiam nostram voca= tus fuerit de seo querulantibus, iure Maideburgen Teutonico, ad objecta cuilibet respondebunt. In causis autem criminalibus et Capitalibus Scul= teto et ipsius Successoribus judicandi, sententiam puniendi et condemnandi damus omni= modam facultatem, prout jus Teutonicum Maideburgen in suis omnibus articulis pun= ctis et clausulis postulat et requirit, harum sub nostre magnificentie Sigillo testimonio Lite= rarum. Actum in Dabowi dzial feria quinta infra octavam assumptionis Beate Marie Vi= ginis. Anno Domini Millesimo trecentesimo se= xagesimo nono. Presentibus hij Dominis Ni= colao Judice Cracovien, Predborio Cracovien. Der= schkone Sandecien Subdapiferis, Janussio Crac= vien, Joanne Sandomirien Archidiaconis, Bo= dzanta Procuratore Generali et alijs multis fidedi= gnis. Datum per manus Joannis de Czarnkow Ar= chidiaconi Gnesnen et Vicecancellarij Regni nostri. Scripsit Albertus Clementis de Colonia Notarius Curie nostre Regalis. Nos itaque Sigismundus Au= gustus Dei gratia Res prefatus petitioni memora= ti Magnifici Joannis de Ciechino Regni nostri Can=

cellarij

cellarij de Kobis et Republica Regni nostri be-
ne meriti locum dantes, literas presentibus in-
sertas, ipsi
super Scultetiam ville nostre Glamboka pre-
dicte jervientes, quarum usus hucusque retine-
tur, ob earum vetustatem et corrasionem autori-
tate nostra Regia renovamus atque in omni-
bus punctis clausulis conditionibus et arti-
culis, approbamus, ratificamus, et confirma-
mus, vimque et robur debite firmitatis obtine-
re debere decernimus. Harum testimonio Litera-
rum, quibus Sigillum nostrum est Subappensum.
Datum Petricovie in Conventione generali
Regni nostri, feria secunda ante festum S. Sti-
colai proxima. Anno quo supra.

Confirmatio Literarum Divi olim Casimiri Regis super Scultetiam ville Korthlowa Wolia jervientium

Sigismundus augustus Dei Gratia Rex Polo-
nie &c
Significamus &c. Exhibuisse coram Nobis Ma-
gnificum Joannem de Ościeszino Regni nostri
Cancellarium Cracovien generalem ac Oswie-
cimen

cimen, Lathorien, Sandecen, Olstinen q Capita-
neum syncere Nobis dilectum Literas pargame-
neas titulo et sigillo subappenso olim Kazimi-
ri Regis Polonie communitas super villo no-
stre Harthliowa Wolia Districtus Bicien Sul-
tetiam, cujus est memoratus Magnificus Joan-
nes de Goriczino modernus possessor concessas. Quo
licet in aliqua sui parte fuissent vetustate con-
sumpte et attrite, nulli tamen vitio aut suspici-
oni subjacebant; Petiitq et ejusmodi Literas
et omnia earum contenta, autoritate nostra Re-
gia innovare approbareq ratificare et confir-
mare dignaremur. Quarum tenor is fuerat. In-
nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gratia
Rex Polonie, nec non terrarum Cracovie Sendo-
mirie, Siradie, Lancicie, Cujavie, Pomeranie Lu-
sieque Dominus et hæres. Notitie universis
tam presentium quam futurorum presentibus
declaramus, q villam nostram Hartlowa Wo-
lia vulgariter nominatam, in Districtu Bicen
sitam per extirpationem Silvarum justa fluvium
Lopam ad plenam profectionem collocare cupi-
entes, eamne in dicta villa Sultetum faciend.
Latione cujus locationis et Sultetie has utili-
tates et proventus ipsi Sulteto et ejus posteris, qui
subsequenter adscribimus perpetuo et incorpora-
mus

mus, videlicet: ses mansos liberos, ex quibus quatuor pro aratro ipsius Sculteti, unus pro Eccle=sia in illa villa fundanda, et unus pro Pascuis communibus expectabunt, unam tabernam Li=beram supra quâ nulla alia perpetuis tempori=bus in dicta villa construi poterit nec debebit, et unum molendinum Liberum in supra dicto fluvio Lopa inter limites dicte ville ubicunq; utrumque Sibus poterit habere, ubi pro se fa=ciet et pisinas quot quot habere voluerit. Item tertium denarium judicij de qualibet re judica=ta et sextum denarium Census, sextam men=suram avene datialis seu censualis, sextum gallum etiam censualem, et honores alias Fo=di bis in anno ipse Sculteus et ejus Posteri li=bere percipient et possidebunt. Alijs pro Ho=bis et Camera nostra Regalia de judicio et cen=su supradict, expresse reservatis. Damus pre=terea eidem Sculteto villaquum totum alias Ha=wsie cum facultate in eo locandi hortulanos et Inquilinos pro usu dicti Sculteti justa ipsius beneplacitum venationem leporum, vulpium, et aviu quorumcunque. Volumus et omnes et singuli Cmetones ville nostre Harthliowa Wolia predicte, quot quot pro tempore fuerint, teneantur, et sint perpetuis temporibus obli=

gati

gati quinque dies, qua thloki vocantur singulis
annis predicto Sculteto quocunque modo et quo=
cunque loco necessitas dicti Sculteti postulaverit,
laborare, sine omni impedimento et contradictio=
ne Tenutariorum ejusdem ville nostre Harthlis=
wa Wolia modernorum et pro tempore existen,
Removen ab eadem villa omnia Polonica jura,
angarias & proangarias Polonicales universas, quas
jus Teutonicum quod dicto ville Sculteto et In=
colis conferimus presentibus, impedire seu per=
turbare consueverunt. Absolvimusq' liberamus et
eximimus memoratum Sculteum ejusque Succes=
sores familias et quoslibet Incolas seu Cmetho=
nes ab omnibus judicijs et jurisdictionibus quo=
rumlibet Judicum Regni nostri et Ministeriali=
um eorund^{m} universorum. Ita quod coram ipsis
vel eorum aliquo pro causis tam magnis quam
parvis nulli penitus respondebunt, nisi tantum
Cmetones coram Sculteto suo, Sculteus vero et
ejus posteri coram Nobis, dum per literam si=
gillo Regio munitam evocati fuerint, tunc jux
sua Theutonico de se querelantibus respon=
dere tenebuntur. In causis autem Criminalibus
et capitalibus jupradicto Sculteto, secundum
quod ipsum Jus Theutonicum requirit, judicandi,
sententiandi et puniendi plenam conferimus po=
testatem; Eam ipsam Sculteciam vendendi, donandi,

commutand, et pro suo, suorumque Posterorum vo=
luntate, quomodolibet libere converterd. Post ela=
psam vero libertatem sedecim annorum, quili=
bet Cmetho de quolibet manso nobis per octo gro=
sorum Slotos, ratione census. Ratione vero dece=
me per singulos grossorum, cui de jure debue=
rint singulis annis in festo S. Martini solvere sint
astricti, Interea hec omnia jura nostro dominio et
ipso jure theutonico quomodolibet competentia
perpetuo pro Nobis illibata reservamus. Scultu=
tus autem et ejus Posteri, cum una Balista seu
Saitta decenter expedire, quoties in expeditionem
generalem nos movebimus servire teneatur. Aba=
tijs vero omnibus et singulis servitijs, angarijs et
preangarijs, tam nostris quam Tenutariorum vil=
le prefatorum, quocunque nomine vocatis, ipsos
Scultetum et ipsius Successores, liberum et absolu=
tum perpetuo esse volumus et decernimus. In cu=
jus rei testimonium Sigillum nostrum presenti=
bus est appensum. Actum in Dąbrowy dzial feria
tertia post Diem beati Stanislai Martiris, sub an=
no Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo
tertio. Presentibus his testibus. Petro Capitaneo
Sandecen, Bodzantha Procuratore generali, Pel=
ka Marschalcone, Przezlao Subdapifero Cracovi=
en, Wierzbiotha de Malospow et Wlodkone
de Char=

de Charbinowice, et aliis quam plurimis fide
dignis. Nos itaque Sigismundus Augustus Des
profatus memorati Magnifici Joannis de
Ostrorog Regni nostri Cancellarij de Nobis
et Republica Regni nostri benemeriti Louum dan=
tes, literas proinsertas, ipsi super Scultetiam
villae Harthliowa Wolia praedicto servien=
tes, quarum usus hucusque retinetur, ob earū
vetustatem et corrasionem autoritate nostra Re=
gia renovamus, atque in omnibus punctis,
clausulis, conditionibus, et articulis, approba=
mus ratificamus et confirmamus, vimque et
robur debitae firmitatis obtinere debere decerni=
mus, harum testimonio Literarum, quibus Si=
gillum nostrum est subappensum. Datum Pio=
trkovie in Conventione generali Regni nostri
Feria Secunda ante festum Sancti Nicolai pro=
xima. Anno Domini M D LVII. Regni nostri
XXIX

Relatio Lndi in Christo Patris
Domini Joannis Przerembski
Nominati Episcopi Chelmen
et L. Rs Vicecancellarij

Arenda Feloneorum Majoris
et minoris Polonie Famati Jo=
armis

annis Koslia Consulis Cra=
covien.

Sigismundus Augustus &c

Significamus tenore presentium universis et sin=
gulis, quorum interest aut quomodolibet inter=
esse poterit, harum notitiam habituris. Cum
Famati Nicolai Koslia Consulis Cracovien
usus et industriam rebus gerendis fidesque,
ac in omni officio integritas et Nobis cogni=
ta et multorum Consiliariorum nostrorum
commendationibus ac testimonijs apud Nos
semper comprobata esset, faciendum duximus,
ut illi telonea nostra majoris et minoris Polo=
nie, videlicet Cracovien et Posnanien, cum o=
mnibus et singulis cameris et custodijs ad illa
pertinen, tam antiqua quam nova ac finiti=
ma in arendam locaremus, prout presentibus
arendamus atque in arendam locamus, ad tres
annos immediate esse consequentes, scilicet ab
initio proxime instantis, millesimi quinqen=
tesimi quingagesimi noni anni, ad cecursum
Millesimi quingentesimi sexagesimi primi,
ita ut Singulorum annor arenda a primo
die Januarij unius anni, ad primum diem al=
terius insequen cedat, in singulos annos pro
Summa quadraginta octo millium florenor
numeri

numeri et moneta in Regno usitata, cum o-
mnibus et singulis proventibus ex eisdem The-
loneis et eorum transgressionibus, provenient
et contingentibus, tam novis quam antiquis
in Cameris, ex antiquo et justa institutionem
atque consuetudinem hactenus retentam sol-
vi consuetis. Cui quidem famato Nicolao
Hoszlia damus facultatem et potestatem The-
lonea nostra utrag' tam majoris quam mino-
ris Colonie in Cameris et custodijs dictorum
Theloneorum, more et consuetudine antiqua
et non alio modo exigend, et de solutione illorum
quietandi, transgressiones, si quas juste et le-
gitime obvenerint, recipiend. Quod si aliquid
minus juste, aut nomine Thelonei aut transgres-
sionis ab aliquo receperit, de eo coram Nobis
aut commissarijs nostris ad mandatum nostrum
se justificare tenebitur. Solutione cujus arende pre-
fatus arendator thelonei, Summam supraseri-
ptam, ad tres ratas infrascriptas, videlicet pri
mam Solam pro Festo Sancti Joannis Bapti-
ste florenorum sedecim millium. Secundam
item rattam Sedecim Millium florenorum pro
festo S. Galli, et ultimam sedecim Millium flore-
norum pro festo trium Regum in singulos annos

tenebitur

tenebitur ad fiscum nostrum exolvere, oneribus
impensis, expensis, pensionibus, donationibus,
libertatibus, omnibus viarum pontium re=
parationibus in se susceptis, ita quod itinera
impeditos transitus, mercatoribus in locis con
suetis, suis propriis sumptibus reformare et
reficere tenebitur, pestilentijs gravioribus tam
in minori quam in majori Polonia grassan=
tibus, hostili in Palatinatum Walachia et
in terris Polonie, quod absit in eursione, aut
motionis bellice propterquam Mercatores bo=
ves ad Thelonea deducere non possunt; exceptis,
cujus rei nos rationem habere oportebit. Ita
quod nos nulla onera, pensiones, donationes,
libertates per Nos aut antecessores nostros fa=
ctas et concessas deducere detrahere et in ratio=
ne sua ad rationem proventuum arende su=
scipere tenebimur. Exceptis tantummodo do=
nationibus libertatibus et concessionibus, quas
toto eo tempore, quo Generosus Albertus Sepi=
chowski theloneis nostris praest, et post datam
Literarum arende illius, cuigm concessimus,
tum si quas post Datam presentium concedi
per Nos continget, quas ad rationem arende,
in ratione per eum facienda, suscipere et de=

trahere

trahere tenebimur, et non alias. Si vero durante
arenda memorata, interim aliqua libertas seu
donatio pensionis per Nos aut praedecessores No=
stros alicui concessa expiraverit et ad Nos re=
dierit, aut ratione solvendi Telonei libertate es
pirata, aut pensionis per cessum vel decessum
ad nos devoluta, id totum quantumcunque erit,
Nobis et thesauro nostro ultra summam arenda
mensata rursus reddere restituere et solvere te=
nebitur. Volumus autem, ut circa solutionem No=
bis objiciat mercium furtivas Nobilium et mer=
catorum evectiones, expulsiones teloneorum non
solutiones, debita retenta, vije incompetis transi=
tus, neque damna aliqua in Cameris facta per
Notarios aut quosqunq allegationes, et alias qua=
vis evasiones, quibus hactenus arendatores alij
Nobis solutionem Thelonei arendae integram eva=
dere consueverant. Ut autem prefatus arendator
teloneorum nostrorum commodius ea exigere et da=
mna illorum prospicere valeat, in quibus freque=
ter magna difficultates et furticinia, continge=
re consueverant, permittimus eidem ut mercium
causa quae ex nundinis Lublinen, Thorunen, Ge=
danum in Prussiam Pomeraniam vehuntur, tam
per Poloniam majorem quam per Masoviam custo=
dias et Cameras constituere, et Thelonea de ei=
dem justa instructionem exigere habeat pote=

Natem

patem. Item a bobus vaccis atque vitulis Valachicis et Rutenicis, quos per Masoviam Prussi-
am Subditos nostros traducere contigerit, ab eisdem
solutionem Telonei in Cameris et Custodijs per eos
constituendis liberum erit ei exigere. Exceptis bobus
Masovicis et Podliesnick, quos vine Solutione thelonei.
in ducatum Prussie, juxta decretum per Antecesso-
res nostros factum licebit permittere. Item si aliqui
Subditi nostri cujuscunque ordinis et Status per
vim seu manu armata, boves aut merces extra
fines Regni traducere probabiliter comperti fo-
rent. Nos eandem violentiam tanquam rem pro-
priam tueri et defendere justitiamque eidem The-
loneatori cum illis juxta juris formam adminis-
trare, et Instigatorem officij nostri ad instigandos
contra tales concedere tenebimur, et ad solutionis
executionem telonei ejusdem negotium deducere.
Quoniam vero didicimus Subditos quosdam no-
stros utriusque ordinis libertate de bobus hyema-
libus a nobis concessa plerumque abuti, ita ut
domi sua venditis bobus mercatoribus, a quibus
Nobis Theloneum debetur, tueri et defendere con-
fecisse, quod sub praetextu etiam juvenum bo-
um mercatorum boves ad fines Regni quosdam
pro suis praesentare confecisent. Itaque obvi-
antes ejusmodi Thelonei damnis, et inventionibus

concedimus

concedimus, ut quilibet in supricione notatus,
quod suos boves proprios et non alterius extra fines
Regni ceduit, jusjurandum prestare teneatur. Liberum
etiam erit eidem Arendatori uno aut altero anno ex=
pleto arende prefato si voluerit renunciare. Nos ve=
ro quoque auctoritate nostra Regia tenebimur eundem
Nicolaum Losliam ab omnibus impedimentis tue=
ri et defendere justa juris formam, quo ipse eo diligen=
tius et commodius prefatos proventus Telonei exi=
gere possit et valeat. In cujus rei fidem et evidentius
testimonium, Sigillum Manu nostra presentibus
subscripsimus, et Sigillum nostrum appendi jussi=
mus. Datum Cracovie in Conventione Generali
Regni feria secunda ante festum S. Nicolai. Anno
Domini MDLVIII. Regni vero nostri XXIX.
Sigismundus Augustus Rex mp

Donatio perpetua Oppidi Wawel=nicza Magnifico Joanni de Dam=browicza Palatino Belzen

In nomine Domini Amen.
Perpetua esto ejus rei, quo sequitur, memoria. Quum
ceterarum memorabilium rerum, tum vel maxime
Libertatis Principum utile est extare memoriam, non
solum, ut similis munificentie spe ceteri ad virtu=
tem, et de Principibus benemerendum invitentur.
Sed

Sed etiam ut ea ipsa liberalitas, ijs in quos benefici-
um conferetur, literarum durante testimonio posset
esse diuturna, Nos igitur Sigismundus Augustus Dei
gratia Rex Poloniæ, nec non terrarum Cracovie Sen-
domirie Syradie Lancicie Cuiavie Lubi Prussie
Masovie Samogitie Culmen, Elbingen, Pomerani-
que Dominus et hæres. Notum facimus Literis hisce
nostris quorum interest universis tam ijs qui nunc
sunt, quam qui postea futuri sunt. Quod cum Ma-
gnificus Joannes de Dambrowrieza Palatinus Bel-
zen et Capitaneus noster Casimirien non solum pro-
pter amplitudinem familie majorumque suorum
de Diuis Polonie Regibus et Republica benemé-
rendi constantiam, Sed etiam propter suam in Nos
observantiam et fidem ac singularia in Nos Clem-
que publicam nostram merita, quæ Nobis indies
ob oculos versantur, tum propter multas suas sin-
gulares virtutes, et rara quadam ingenij dona atq;
sumptus, quos cum nuper preterito anno amplis-
simos fecit, Nobiscum in expeditione Livonica
tum in sustinendo Palatini munere, magnos facere
quotidie necesse habet, dignus Nobis visus esset,
in quem plurimum beneficiorum conferremus, quæ
non solum ipsi, sed etiam posteritati ejus usui et
ornamento esse sint futura. Itaque Nos de certa sci-
entia nostra cum consensu et Consiliariorum no-
strorum, in hac presenti Conventione nobiscum

existentium

existentium, horum omnium benignam haben-
tes rationem, Ipsi Magnifico Joanni de Dambro-
wiza Palatino Belzen prefato, ejusque Legitimis
posteris et Successoribus jeaus utriusque Oppidum
nostrum Wawelnitza dictum cum Suburbijs dictis
Charsz et Barthlomiejowitze et Curia Camblo vil-
laque Casimirska et Hortulanis Zimowitska ad
hoc idem Oppidum pertinen in Terra et Districtu
Lublinen situm cum omnibus ejusdem Oppidi Sub-
urbiorum villaque Supramemorata circumferen-
tijs commodis utilitatibus fructibus proventi-
bus redditibus stationibus et obventionibus u-
niversis ad prædicta bona quomodolibet ex an-
tiquo spectand et pertinen, ita late longe et cir-
cumferentialiter prout prædictum Oppidum cum
Suburbijs et villa prefata in suis metis, limi-
tibus et limitibus, cum omnibus circumferentijs
suis ex antiquo ab alijs fundis et hæreditatibus
sibi vicinis sunt distincta ac limitata et pro-
ut idem ipse Magnificus Joannes ad hocidem
tempus jure obligatorio in certis pecuniarum Sum-
mis tenebat et possidebat, nihil juris Dominij
obventionum et proprietatis ibidem nobis et no-
stris Successoribus Regibus Poloniæ Reservan
seu excipien, ita quod generalitas specialitati
et e converso in nullo deroget, specialitatem
videlicet sub generalitate et econverso genera-

litatem

litatem sub specialitate concludendo non obstante
etiam Statuto de specificationibus edito, Primo abre=
nunciand bonis ipsis et generaliter eorundem bo
rorum commodis nostro et Successorum nostrorum
nomine in Perpetuum. Sta uti jam eximire nihil ju=
ris Dominij et Proprietatis Nobis et Successoribus
nostris ad bona prefata competere potent amplius
Sed omne jus Dominium et proprietatem in ipsum
Magnificum Joannem et ejus hæredes ac Succesco=
res perpetuo et in eorum transfundendo in jus et
titulum hereditarium, titulo perpetuo et irrevo=
cabilis Donationis danda donand concedenda et
inscribend duximus, uti quidem Literis hisce nris da=
mus donamus concedimus et inscribimus, eadem
jure et jurisdictioni terrestri adscribimus adjungi=
mus et incorporamus præsend perpetuo et in evid.
Per prefatum Magnificum Joannem de Dambro=
wicza Oppidum prædictum, cum Suburbijs Cu=
ria et villa prefatis per Nos illi præsentibus
donatis et inscriptis tenendum habendum possiden
utifruendum dandum donand vendend commutan
alienand ac in usus suos Suorumque Successoran
quos meliores et utiliores noverint convertend Jam=
que as nunc ipsi Magnifico Joanni in Oppidum
prædictum et villam prefatam vigere præsentis
Donationis nostre damus et dedimus realem intro=
missionem et actualem possessionem per Mini=
steriale[m]

sterialem terrestrem illius terra et Districtus, in
quibus bona prefata consistunt, quemcunque
Ipse Magnificus Joannes sibi etiam sine additio
ne alicujus officij additione elegerit ad intromit=
tendum per Nos ipsi jam exnunc additum. Quam
quidem Donationem perpetuam meram et justam
prefatorum omnium, videlicet Oppidum Wagel=
nitza cum Suburbijs Curia et villa prefatis ad
eandem pertinen, Ipsi Magnifico Joanni Palatino
Belzen prefato, et ejus legitimis Successoribus per
Nos cum consensu et consilio Consiliatorum nostro=
rum in hac presenti conventione generali factam,
gratam ratam et firmam habere temporibus perpe=
tuis volen, eandem approbamus ratificamus et
confirmamus, decernen presentibus eandem haber
robur perpetue firmitatis et obtinere tenere pre=
sentium medianto. Vicissim vero Prefatus Ma=
gnificus Palatinus Belzen hujus gratie in eum
per Nos collate intuitu fidem observantiam studi=
umque suum erga Nos et rempubliam nostram
testatam facere cupien, Nobis ultro et spontanea
voluntate de omnibus summis pecuniarijs per
Ipsum Magnificum Palatinum ex Predecessoribus
suis super Capitaneatu et oppido nostro Casimiri=
en villisque ad id pertinen in Terra et Districtu
Lublinen sitto habitis recepit et condescendit, eas q

Summa

Summas supraspecificatas Nobis jam eanum
dedit donavit, et de omni jure suo quodcunq; super
quascunque Summas in Oppido predicto et villis
ad id pertinen inscriptas habuit perpetuo et in
evum condescendit, jurisdamen advitalitatis pre=
fati Magnifici Joannis de Dambrowiza Palatini
Betzen filijque ipsius nato majoris in prefato
Castro Oppidoque nostro Kazimirz, villisque ad id
pertinen prefata Summarum condescensione
in nullo derogando, immo in toto juxta privi=
legia super his prefato Magnifico et ejus filio
per Nos concessa, pro ipsorum advitalitatis sal=
vum semper manere presen decernimus. Insuper
dem Magnificus Palatinus Betzen pro majori
studio observantia et fide in Nos declaran, sub=
misit se submittitque presentibus mille flo
pecunie monete et numeri usualis, in quem
libet florenum per triginta grossos computan,
in restaurationem et ornamentum Arcis nre
Kazimirien, cujus ipsemet ad presens est Capita=
neus, impenden, et ad valorem summe prenomi=
nato sua cura et diligentia edificia ejusd
arcis, quo labefacta sunt, reficere et restaurare,
vel etiam nova, que magis necessaria intelle=
xerit erigen et construere, ad quod prestandum
se et suos Successores obligavit, et inscripsit,

obligavq

obligasque et inscribit præsentibus, ac sua spacia-
li inscripsione sese et suos Successores et Literas su-
per Summas Nobis Donatas reddere easque debe-
bit et tenebitur. In cuyus rei fidem et testimonium
manu nostra præsentibus subscripsimus, et Sigil-
lum nostrum appendi jussimus. Datum Petricovie
in Conventione generali Regni feria tertia ipso Die
Sancti Nicolai Anno Domini MDLVIII. Regni
nostri XXIX. Præsentibus Nobis in Christo Patribus
Dominis Andrea Zebrzydowski Cracovien, Jacobo
Uchanski Cujavien, Andrea Noskowski Plocen, Jo-
anne Przerembski, nominato Episcopo Chelmen,
nec non Magnificis Generosis et Venerabilibus,
Joanne Comite in Tarnow Castellano Cracovi-
en et Exercituum Regni nostri Supremo ac Thesau-
en Lubaczowien Capitaneo, Stanislao Comite
in Thenczyn Cracovien, ac Lublinen Belzen Ul-
rzegovienque Capitaneo, Martino de Zborow Posna-
nien et Przydlovien Strobnicen, Odalanovien Ca-
pitaneo, Spithcone Jordan de Zakliczyn Sando-
mirien, ac Przemyslien Camionacien Capitaneo,
Andrea de Kościelicz Calisien ac Bidgostien Pa-
zdrenque Capitaneo, tanuspio de eadem Kościelicz
Pyradien ac majoris Polonie generali Haklonque
Capitaneo, Bartholomeo Zebrzydowski Brzesten
et Capitaneo Dibowien, Joanne de Ruzecko Cuni-

cola Sandecien

Slawien, Joanne de Mielicz Podolie Supremo Regni nostri Marsalco, ac Samborien Prodecendque Capitaneo, Stanislao Sawski Masovie, Andrea de Gulczewo Lawen et Capitaneo Rozen Palatinis Joanne Christophoro Comite in Tharnow Woynicn et Capitaneo Sendomirien, Nicolao Trzebuchowski Gnesnen Cubiculi nostri Prefecto Burgrabio Cracovien ac Brzesten Kozgornen Selowiendque Capitaneo, Jacobo Siafozitki Senicicien, Joanne Lubomirski Lawen Curie nostre Thesaurario, Burgrabio Cracovien ac Senicicien Sadomiendque Capitaneo, Walentino Dembienski Sandecen et Capitaneo Rhenezynen, Sebastiano de Mielicz Wislicien Joanne Thomicrki Kozgornen Stanislao de Tharnow Lawicho-sten Regni nostri Thesaurario, ac Siradien Ostrzesowiendque Capitaneo, Joanne Sieratowski Lanciden Curie nostre Referendario et Przedecen Capitaneo, Joanne Starzechowski Przemislien et Capitaneo Drohobicn, Nicolao Luthomirski Crochovien, Stanislao Tomolinski Lospicien, Stanislao Wolski Brzezinen, Nicolao Lanczki Camenecen, Joanne Tomolinski Spicrimirien, Stanislao Dunin de Ujazd Inowloden, Valentino Hadarzynski Wirnen, Arnolpho Uchanski Lasiaznen, Paulo Garwolski Siepracn, Francisko Rusoczki Wisegroden, Stanislao Siesniowolski Ciechanovien Castellanis, Joanne Bilski Regni nostri Cancellario Cracovien generali Officienzimen Zathorien

rien

rien Ducatuum, Sandecen Ostrinenque Capita=
neo, nec non terra Cracovien Camerario, Sta=
nislao Myskowski de Mirow Structore mensæ nostræ
ac Margemburgen Latrinenque Capitaneo, Philip=
po Padniewski Gnesnen et Sandecien, Archidiaco=
no, ac Cracovien Canonico, Adamo Konarski Præ=
posito Posnanien Antonio Ratorzebski Cantore Ca=
covien Archidiacono Dobrzynen et Canonico Plo=
cen, Nicolao Wolski Præposito Plocen et Custode
Cracovien, Stanislao Kamkowski Cerico nostro
Referendario et Gnesnen Canonico, Petro Wolski
Gnesnen Wladislavien et Posnanien Canonico, An=
drea Przerembski Canonico, Siborio Kirzykowski
Scholastico Wladislavien et Canonico Cracovien=
sibus et aljs quam plurimis Secretarijs Offici=
alibus et aulicis nostris circa præmissa existen.
Datum per manus præfati Andi in Christo Pa=
tris Domini Joannis Przerembski Nominati E=
piscopi Chelmen et Regni nostri Vicecancella=
rij venere Nobis Dilecti.
Sigismundus Augustus Rex mpp.

Contractus Commutationis per petuæ bonorum infradescriptorum inter Generosos Joannem Liezerski

Castellanum

Castellanum Malogoszten ac Nicolaum Malochowszki Instigatorem firmatur.

Sigismundus Augustus

Significamus tenore presencium quorum interest universis. Exhibitas Nobis ex parte Literas in papireo scriptas titulis Sigillis Manibusque Generosorum Joannis Lieszczyki Castellani Malogoszten et Capitanei Przedborien, ac Nicolai Malochowszki Instigatoris et Aulicii nostri communitas, salvas, illesas, omnique suspicione careri, commutationem infrascriptam inter eosdem mutuo factam in se continere. Supplicatumque esse Nobis, ut easdem Literas authoritate nostra Regia approbare confirmare et ratificare dignaremur, quarum tenor est iste: Joannes Lieszczyki Castellanus Malogoszten Capitaneus Przedborien, Nicolaus Malochowski Villa Markowicze hares. Significamus talem mutuae commutationis perpetuam contractum, accedente consensu Sacre et Serenissime Regie Majestatis Domini nostri clementissimi fecisse, prout et tenore presentium facimus. Quod videlicet prefatus Nicolaus Malachowski admisit et presentibus admittit, dat, et concedit, in torrente seu fluvio Dicto: Cirzonia bona ipsius Markowicze et fundum illius trans fluvium Pilica consistens ad eam villam

Markowicze

Markowize attinen Sudeka antiquitus vocita-
tum a Villa Zurowie Capitaneatus seu Tenuta Przed-
borien differminan et distimitan profato Capitaneo
es interesse Tenuto ipsius, tum et perpetuo Sacre Re
Majestati piscinam effoden et hoc superiori par-
te ejusdem torrentis, circa et post iter es Oppido Przed-
borz ad Pontem in fluvio Silezia hereditatis Marko-
wize tendens, ita eadem Piscina effoden utramque
Ripam fluvioli comprehenden, et hinc inde aggeri-
bu munire, atque terram in fundo suo pro reser-
matione ejusdem aggeris recipere potest; Et ediverso
profatus Capitaneus concessit atque mediante eo-
dem contractu, concedit et admittit eidem Magni-
fico Malochowski ville Markowize heredi ipsiusq
legitimis Successoribus in eodem fluvio Biezenia,
piscinam effodere et confiere et circumcirca aggeri-
bus valare. Eaque Sylvam Zarzycka dictam et
quanto largius possit post ripparn ejusdem torren-
tis circundare, atque construcutum et stratum aggers
alias Zarzelna grobla fundum spacio unius Stadij
e Regione et ex opposito ejusdem aggeris, pro re-
paratione hujusmodi aggeris, et quovis necessario
ac beneplacito universali usu perpetuo possidere.
Et quia is torrens ex antiquo cursu in fluvium
Silera ex eadem piscina aggeris actali decidens et
defluens prata ejusdem villa Zurowie et et uni-
versum fundum inundaret et inutilia efficeret. Et

tunc

tunc admittit vigore huiusmodi Contractus huic
torreum collateralj aggere et demiperio in borran
ville Mortowicze et fundum Pundeka averterę, alį
in arbitriam utilitatem hereditatis jus redigere. Quem-
quidem contractum commutationis mutuę, assensu
Sacre et Serme Regię Majestatis ad id habito con-
stitutum solemniter et publice significand, manibus
nostris subscripsimus, atque Sigillorum subimpres-
sione communivimus. Actum in Przedborz feria
secunda in vigilia omnium Sanctorum proxima
Domini MDLVIII. Joannes Sierzyński Castellanus
Matogoszten Capitaneus Przedborien omnia fatetur
ut supra et manu propria sstr. Ego Nicolaus Ma-
lochowski hares in Mortcowicze, Aulicus Sacre Re
Majestatis subscriptione hac premissa ssżio, et
attestor. Hos itaque Sigismundus Augustus Rex
prenominatus supplicationi predicte benigne
annuendo Literasque preinsertas ratas et gratas
habendo, eas in omnibus earundem punctis clausu-
lis articulis et conditionibus approbamus ratifi-
camus et confirmamus tenore presentium mediante,
Decernendo eas quantum de jure factum sit, robur
debite et perpetue firmitatis obtinere debere. In
quorum fidem et firmius testimonium Sigillum
nostrum presentibus appendi jussimus. Datum

Piotrkowie

Piotrkovie Die VII. Mensis Decembris Anno
quo supra

Relatio ut supra

Promittit Sacra Regia Majestas
Civibus Bidgostien nullis homi=
num Iurisdictioni Civili Bidgosti=
en subjectorum ullas immunita=
tes et exemptiones amplius se con=
cessuram.

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus
Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithua=
niæ nec non terarum Cracovie et Pomeran testa=
tumque facimus Literis hisce nostris quorum inter=
est universis et singulis tam ijs, qui nunc sunt,
quam qui postea futuri sunt. Nos benignam ra=
tionem Oppidi nostri Bidgostiæ habere idque
studere, ut ad florentem statum in ea conservan=
dum nihil prorsus in eo desiderari posset. Quem
vero illius statum per eos maxime videremus
perturbari, qui se ex magistratus Civilis Jurisdi=
ctione eximi et Civilium onerum ferendorum im=
munitate donari importune identidem flagi=
tant

tant, multosque alios eadem, ut ratione se omnibus legibus Civitatis volori, oneribusque ferendis per Nos levari flagitent exemplo suo incitant, existimavimus in hoc ejusdem Oppidi Rationibus in tempore esse prospiciendum. Ulti quidem jam in hunc modum Literis hisce nostris prospicimus et cavemus, ut deinceps nullis hominibus cujuscunque Status et conditionis fuerint, nullis prorsus exceptis, Oppidi nostri Bidgostiensis Civili Jurisdictioni subjectis, ullas immunitates et exemptiones, tam a jurisdictione quam ab oneribus Civilibus concessas sumus Successoresque nostri sint concessuri. Sed quicunque in Oppido Bidgostiensi et extra illud bona aliqua jurisdictioni Civili subjecta habebit, aut mercatura vel alia quavis ratione victum in Oppido Bidgostiensi quærere volet, is eum Proconsul cum Consulibus et alij Magistratus Oppidi ejusdem plenam jurisdictionem, quemadmodum in alio, Cives habebunt. Omniaque onera Civitatis, et alia quævis ex æquo cum alijs Civibus ferre tenebuntur, ad eaque per Proconsulem et Consules legitime vocati poterunt, neque ab eorum jurisdictione oneribusque ferendis ulla ratione eximi poterint temporibus perpetuis. Quod si quas immunitates et exemptiones post Datam presentium a Nobis vel Successoribus nostris impetratas fuerint

erint eas nullam vim et robur obtinere decerni=
mus, ab eisque observandis Proconsulem et Consules
absolvimus et liberos facimus, dan illi plenam fa=
cultatem non obstan eorum exemptionibus, jurisdi=
ctionem suam in omes suis dictioni Civili subjectos
exercen, ac onera debita ex equo et ab alijs Civibus
immunitatem non habentibus exigendi, temporibus
perpetuis. In cujus rei fidem ac Datum Petricovie in
Comitijs Regni generalibus, Die et Anno quibus su=
pra. Presentibus ut supra.

Relatio cujus supra

Castellanatus Kuyaviclen morte
Ginsi Stanislai Siewierski va=
cans, Gro Nicolao Sobiesouski de
Wrzaszcza in Biesiekierz Castellano Conarien datus
Litera in forma Cancellario solita extradita. Piotrko=
vie in Conventione Gnli Regni Die VIII Decem=
bris Anno Dni MDLVIII.

Relatis ut supra

Castellanatus Conarien per excelti=

onem

onem ex eo Generosi Nicolai Pote-
lowski ad Castellanatum Kruswicien
vacans Generoso Nicolao Borowski Vexillifero
Brzesten datus. Litere in forma Cancellarie ex-
tradite, Loco et anno quibus supra

Relatio ut supra

Consensus Honeste Thome Losek
officine mineralis in Capitanea-
tu Krzepicen sitte Sawy dicte Te-
nutario, ut possit in ea Summa quam habet in
predicta Minera inscriptam Honeste Florentie
Uxori sue, donationem propter Nuptias sive
reformationem facere, est datus, Ejusdemque filijs
videlicet Stanislao et Luce Loyskowcie Advitali-
tas super predictam mineram data, Litere in
forma Cancellarie solita extradite Piotrkowie in
Conventione generali Regni Sabbato post Festum
Conceptionis Marie. Anno Dni MDLVIII. Re-
gni nostri XXIX.

Relatio Andr in Christo Pa-
tris Domini Joannis Prze-
mbski nominati Episco-
pi Chelmen et Regni Pe
Vicecancellarij.

Confirmão

Confirmatio Literarum Divi olim Sigismundi Regis donationem duorum mansorum C. Gasparis Czywinski in se continen.

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesen Literis quorum interest universis praesen et futuris harum tenorem habituris. Exhibitas esse Nobis binas Literas, unas Divi olim Sigismundi Regis Poloniae parentis nostri desideratissimi in pargameno scriptas, Sigillogue ejusdem communitas Donationem duorum Mansorum in se continen, Alteras vero nostras Sigillo nostro obsignatas, donationem itidem quatuor mansorum in se continen sanas valeas et integras nullaque in parte suspectas. Supplicatumque est Nobis per certos consiliarios nostros nomine Generosi Gaspa-ris Czywinski Succapitanei Padrinen, ut eas transscribi et sub data moderni Regni Conventus extradi mandare, easque autoritate nostra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur et est talis. Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dus Lithuaniae Russiae Prussiae Masovia Samogitiae &c Dominus et haeres. Significamus praesen Literis quibus-

expedit

espedit universis praesen et post futuris. Quia pro=
ducta sunt coram Nobis Litera Papyrola dona=
tionis duorum mansorum cum duobus Sigillis u=
no Reveren in Christo Patris Domini Tidemanni
Episcopi Culmen. Altero Magnifici Domini Jo=
annis de Lusianis Palatini Culmen et Capitanei
Naden, Quae ad verbum ita se habet:

Quas Nos Literas, ita ut Supplicatum Nobis est confirmandas ratificandas approbandas duximus, quemadmodum confirmamus ratificamus approbamus praesentibus, donationem hanc ita ut facta est validam decernendo, hoc superaddendo, quod Bartholomæus Graff in Mansorum istorum possessione fuerit, aut si ad legitimos illius hæredes mansi isti pervenerint, quod neque ipse neque hæredum ejus quisque censum ab eis ullum solvere teneatur. In cujus rei fidem Sigillum nostrum est subappressum. Datum Siolkovis feria sexta post festum Sancti Mathei Apostoli proxima Anno Dni MDXLIII. Regni nostri anno XXVIII. Samuel Episcopus Plocen et Vicecancellarius ist. Relatio Nri in Christo Patris Domini Samuelis Maciejowski Episcopi Ploc. et Regni Poloniæ Vicecancellarij. Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masovie Samogitiæ et Dominus et hæres. Significamus praesen Literis quorum interest universis, tam ijs qui nunc sunt, quam qui postea futuri sunt. Productas apo coram Nobis Generosi Gasparis Criwinski Vicecapitanei Ladzinen nomine. Divi olim Parentis nostri Literas in pergameno scriptas, et Sigillo ejusdem Majestatis appenso communitas, donationem perpetuam quatuor mansorum agri circa Oppidum Ladzinen sitorum ad ejus olim Regiam Majestatem certo jure devolutorum, ipsi Generoso Gaspari Criwinski factam in se continen. In

rem. In quibus quidem Literis, licet vim donationis perpetuæ haberent, hæc clausula inserta erat, quod ipsi Generoso Gaspari eos ipsos laneos absq; consensu nostro alienare non liceret. Supplicatumq; itaque est Nobis, ejusdem Gaspari nomine, ut eam ipsam clausulam gratia et authoritate nra. Regia abrogare dignaremur. Nos ejus Supplicationibus et certorum consiliariorum intercessionibus pro eo ad Nos factis benigne annuendo eam ipsam de non alienandis laneis prædictis absque consensu nostro clausulam tollimus et abrogamus. Dantes illi plenam et omnimodam facultatem laneos prædictos vendendi, commutandi alienandi et in usus suos beneplacitos convertendi, nostro ad id et Successorum nostrorum nullo deinceps requisito consensu, nihil amplius Nobis juris dominij et proprietatis ad eosdem laneos reservando, quam quantum Nobis ad alia Nobilium terræ Culmen bona competit, reservantes Sed omne jus nostrum in ipsum Generosum Casparum Czywinski et ejus Successores transfundendo perpetuo et in eorum. Insuper in eisdem Divi olim Parentis nostri Literis habens ipse Generosus Gaspar Czwinski Liberam in Lacu Oppido et Arce Radzinen adjacenti piscationem concessam Nobilibus minoribus, quorum nomina expressa non erant. Supplicavit itidem Nobis, et pro eo Consiliarij nostri, ut nomina Nobilium minorum ex

primere

primere eaque declarare dignaremur. Nos ad
ducti eorundem Consiliariorum nostrorum in-
tercessionibus eorti, rctium minorum nomina
ea hac illi inseri jussimus, videlicet Kliepi,
Zaky Rembnicze et aliis retibus sive instrumentis
minoribus, quorum nomina et cognomina hic
pro expressis habere volumus. Ips itaque retibus
minoribus quorum nomina hic sunt expressa,
liberam illi pisationem in lacu predicto Op-
pido et arce Sadzinen adjacen, permittimus
et permitten fore declaramus Literis hisce
nostris perpetuis temporibus. In cujus rei fi-
dem et firmius testimonium Sigillum nostrum
presentibus appendi jussimus. Datum Vilne
ipso Die Sancti Nicolai. Anno Domini M.
D.V. Regni nostri XXVI. Joannes Przerem-
bski A.P.e Vicecancellarius. Relatio Reverendi
Joannis Przerembski Regni Polonie Vicecan
cellarij, et Gnesnen Cracovienque Prepositi.
Nos itaque Sigismundus Augustus Dei pre-
nominatus Supplicationi prefatorum Con-
siliariorum nostrorum, uti justo benigne an-
nuentes Literas preinsertas ambas, denuo re-
novari simulque eas transscribi et sub Sigil-
lo nostro sub data generalis Regni Conven-
tus extradi jussimus, easque auctoritate nra

Regia

Legia approbari ratificandas et confirman=
das duximus, uti quidem prasens in omnibus
earum punctis, clausulis, articulis, et con=
ditionibus eas approbamus ratificamus
et confirmamus, decernen eas et omnia ac
singula in eis contenta, quantum de jure sunt
robur debito et perpetuæ firmitatis obtine=
re debeat perpetue et in eorum. In cujus rei
fidem &c Datum Petrikovia in Conventi=
one Generali Regni. Die 1st Decembris An=
no quo supra

Relatio cujus supra

Consensus Generosi Hieroni=
mo Buzenski Secretario et
Juppanum Cracovien, Prasen=
tiengue Tenutario datus, ad exercen Carbari=
atus officium in Salinis Bochnen de mani=
bus Nobls Christophori Chethiskiez et ejus
Successorum. Litera in forma solita Cancella=
ria extradita Piotrkovia in Comitijs Regni
Generalibus, Die 1st. Decembris. Anno quo su=
pra.

Relatio ut supra

Confirmacio Literarum infra-
descriptarum pro Parte Civium
Puiecovien

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Exhibitas esse Civitatis
nostre Puiecen Literas papireas decomate
germanico scriptas, et Sigillis Scabinorum
Districtus Puiecen communitas sanas sal-
vas et integras, nullaque ex parte suspe-
ctas, acta et processus irrevocabilis Do-
nationis villa Crieliesmo in Districtu
Sujecen sitta, cum omnibus cujuscunque
nominis ad eam pertinen, ex Libris acto-
rum terrestrium transumpto in se conti-
nen, Supplicatumque est Nobis nomine
Generosorum Raphaelis de Conopath Ca-
stellani Elbingen et Luce de Conopath fra-
trum Germanorum ut eas et omnia in eis
contenta authoritate nostra Regia appro
bare ratificare et confirmare dignaremur.
Quarum tenor sequitur et est talis

5 gebl

Protestatio super Nobilem Sau=
lum Dłużniewski per Venerabi=
lem Stanislaum Gumowski ratio=
ne Concordie infrascripte coram
Regia Majestate facta.

Sigismundus Augustus &c

Significamus presentibus Literis, quorum inter
est universis, quod comparens personaliter coram
Nobis Venerabilis Stanislaus Gumowski Canoni=
cus Plocen, oblato extracto ex Actis terrestribus
Plocen sigillo terrestri munito, in vim protesta=
tionis sue coram Nobis faciende, certe concordie
inter ipsum Venerabilem Stanislaum Gumowski
et Paulum Dłużniewski de Zarzecze servitoresq;
ipsorum, pro omnibus et singulis eorum cita=
tionibus, comitationibus, motionibus, appellati=
onibus, totoq; processu causarum, ac pro omnibus
protestationibus et obductionibus, inter ipsas par=
tes modo quocunque, tam in spirituali quam
seculari eorum judicijs quocunq etiam et coram
nostro intentatas factam, et coram actis
Castren Plocen, feria secunda ante festum purifica=
tionis gloriose Virginis Marie proxima. Anno
Domini Millesimo quingentesimo quinquagesi=
mo octavo per eos recognitam et inscriptam, va=
dioque Mille florenorum communis pecunie
munitam. Vigore cujus concordie utraq; pars co=

ram

ram Nobis die Vigesima post felicem ingressum
nostrum ex Ducatu Magno Lithuanie in Regnu
Polonie personaliter comparere et simili forma eandem concordiam recognoscere nog pro Decreto in
premissis facien, ne aliqui partium bone fame aut Successoribus eorum cause seu citatio
nes hujusmodi quicquam noceant. Supplicant
sub eodem vadio se se mutuo sibi invicem sub=
miserunt et inscripserunt, prout de premissis te=
nor ejusdem concordie latius testatur. Quam qui=
dem Diem Vigesimam prefatam comparendi co=
ram Nobis post felicem ingressum nostrum in
Regnum Polonie de Ducatu Lithuanie ad docer
nen inter dictas partes in ejusmodi actionibu
e diverso prævenien hujusmodi Diem vigesima
nostrum ex Ducatu Lithuanie prefati Venera=
bilis Stanislaus Gumowski Canonicus Plocen et Ge=
nerosus Paulus Dłużniewsky personaliter com=
paren coram judicio terresti Lacrizien suba=
ctu terminorum communium terrestrium feria
secunda ante festum Sancti Joannis Baptiste
proxima Anno eodem Millesimo quingente=
simo quinquagesimo octavo in Laciaz celebra=
torum se similiter ad vigesimam diem post fe=
licem ingressum nostrum in locum Conventio=
nis generalis Regni proximam in Lenno ubi=

cunque

cunque terciorum de proximo celebrandum die in-
grossus nostri exclusa huiusmodi concordiam in-
simili forma recognoscenda et pro Decreto su-
per premissis nobis supplicari transmittique et
prorogasse recognoverunt, quo dies vigesima
iusta posteriorem recognitionem in Lauriga
per predictas partes factam, partibus utrisq
in moderna Conventione Regni Piotrovien cele-
bran die hodierna feria quarta in Vigilia Conce-
ptionis gloriosissime Virginis Maria incidit, Cui
quidem inscriptioni et subscriptioni sua prefatus
Venerabilis Stanislaus Gumowski satisfaciendo per
se ipsum protestatus est coram Nobis, evaden-
do vadium huiusmodi in concordia descriptum,
concordiam predictam, quantum pro ejus inter-
esse spectat in simili forma coram Nobis, iuquan-
tum prefatus Nobilis Paulus Dluzniewski velut
pro altera personaliter recognoscen, prout et de-
facto recognovit, ac pro Decreto super premis-
sis nos supplicare velle, prout et supplica-
vit, petens huiusmodi protestationi sue per
Nos suscipi, et ad libros nostros actitare ad-
mitti, volens pro huiusmodi vadio cum pre-
fato Nobili Paulo Dluzniewski loco, et
tempore, fuis in foro competenti, tanquam

Contumace

Contumace agere. Nos vero protestatio=
ne hujusmodi exaudita, visaque hujusmo=
di concordia inter Partes dictas facta, eun=
dem suscepimus, et ad libros inscribi eo vim
protestationis coram Nobis facte man=
davimus. In cujus rei testimonium sigillum
nostrum presentibus est appensum. Da=
tum Petricovie in Conventione Generali Le=
gni Die Decima Mensis Decembris. Anno
Domini Millesimo quingentesimo quinqua=
gesimo octavo, Regni vero nostri Vigesi=
mo nono.

Relatio Reverendi
in Christo Patris Domi=
ni Joannis Przerembski
Nominati Episcopi Chel=
men et Regni Polonie
Viecancellarij.

Consensu Regio Reformatio
dotis

dotis per Generosum Casimi=
rum Hinek Gse Dorotheæ con=
jugi suæ in bonis infrascriptis
facta firmatur.

Sigismundus Augustus &c

Significamus præsen Literis quorum inter=
est universis et singulis harum notitiam
habituris. Quia Nos benignam habendra=
tionem Servitiorum Generosi Casimiri
Hynek aulici nostri, quibus se nobis a
multis annis in aula nostra serviens
reddidit gratum et commendatum inseri=
ptionem et reformationem faciendam
dotis et contra dotis per ipsum Generosæ
Dorotheæ Consorti suæ legitimæ in et su=
per bonis nostris Regalibus, quæ in summis
pecuniarum tenet et possidet videlicet
villis Camionopole et Podborze in terra
Leopolien et Palatinatu Lupcie sitt, nec
non in molendino dicto Zimnowodzkei
Miller, seu ejus tertia parte in Civitate Le=
opolien et Suburbio dicto Gaeworien si=
ten, absque consensu nostro factam in eâ
Nos quoque consentimus, eamque ratam
et gratam habeñ approbamus et con=
firmamus

firmamus, proindeque robur eam habere
decernimus, ac si a principio assensus noster
ei accessisset, ita tamen ne summa reformato-
ria summam originalem in dictis bonis ju-
ste inscriptam non excederet. Per ipsam Doro-
theam predicta bona tenenda habend utiistu-
em pacifice que et quiete juxta inscriptionem
reformationis jus tam diu possident, quoad
ipsi Summa per Eos aut Successores nros
persoluta non fuerit, Juribus nostris rega-
libus manend ibidem salvis. In cujus rei
fidem ac Datum Petricovie in Conventio-
ne Generali Regni feria secunda ante festum
Sancte Lucie proxima. Anno quo supra

Relatio cujus supra

Annua Pensio Mille Florenorum ad triennium Magnifici Regni Tesaurarij.

Sigismundus Augustus &c
Significamus per presentes Literas quorum inter-
est universis. Cum vectigalia nostra majoris
et minoris Polonie Cracovienses ad triennium
proxime insequens, Tarnato Nicolao Kossia
Consuli Cracovien secundum formulam con-

tractus

tractus Literis Locationis comprehensam.
Commissimus Magnifico Stanislao de Tarnow
Castellano Zawichostensi Regni nostri Tesaura-
rio et Capitaneo Siradien, cum Nobis ejus
fides et in omni officio integritas, tam in
Reipublicae ac Senatorijs muneribus obeun-
dis, quam in fisci nostri utilitatibus tuendis
perspecta semper probataque esset, ut ille uni-
versa ejus locationis rationi, quae scilicet jus
et commodum fisci nostri spectet praesit, vo-
lens ut quaecunque in conditionibus locati-
onis insunt, quae ad fiscum nostrum per-
tineant, eorum plena potestas penes illum
sit, atque ut omnium eorum rationes apud
ipsum inferantur. Ac ut operam obsequiumq
illius, quod ea in re navaturus Nobis est libe-
ralitate gratiaque nostra compenseremus. Con-
stituimus illi annuae pensionis nomine Mille
florenorum numeri et monetae in Regno usita-
tis, ad decursum triennij quo ejusce locatio-
nis contractus constabit, scilicet ab initio pro-
xime insequentis anni ad exitum anni Mil-
lesimi quingentesimi sexagesimi primi, eamq
pensionem volumus, ut ipsemet singulis su-
perius nominatis annis praefesto Natalis
Domini

Domini 1532

Domini et ea pecunia qua ex supramemo-
rata vectigalium solutione ad fiscum nrum
inferetur sibi accipiat. In cujus rei testimonium
et Datum Piotrkovie in Conventione Nro
generali, Die XIII. Decembris Anno quo su-
pra.

Sigismundus Augustus Rex mpp

Consensus Nobilis Baltaza-
ro Gluchowski ad redimen mo-
lendinum seu ejus tertiam par-
tem mensure in Civitate Nowko sitt de
manibus puerorum Nobilis olim Sauli
Dambrowski Stanislai Martiani Nicolai
Joannisque ejusdem molendini moderno-
rum Possessorum datus. Litere in forma Can-
cellarie extradito. Petrikovie in Comitijs Le-
gni generalibus. Die XV. Mensis Decembris
Anno Domini MDLVIII. Regni nostri XXIX.

Relatio cujus supra

Confirmatio Literarum Remo-
vit Duus Majorie Donationem
Rulesio

Eccesiæ in Costinin in se conti=
nentium.

Sigismundus Augustus &c
Significamus præsen Literis quorum interest
universis, tam ijs qui nunc sunt, quam qui
postea futuri sunt. Productas fuisse coram
Nobis Literas Illustrissimi Domini Semo=
viti Ducis Masovie in Pargameno scriptas
Sigilloque ejus appenso in Zona serica muni=
tas salvas integras nullaque suspicione no=
tatas, in quibus Donatio Ecclesie Parochialis
in Costinin continetur. Supplicaturmque
est Nobis, ut has Literas ipsas, propter ea=
rum vetustatem renovare, authoritateq nra
Regia approbare et confirmare dignaremur.
Quarum literarum tenor de verbo ad verbum
sequitur, et est talis. Nos Semovitus Dei
Gratia Dux totius Terre Masovie, Domi=
nusque et hæres Plocen. Notum facimus
universis tam presen, quam futuris præsen=
tium Literarum notitiam habituris. Quod
liceat ab olim per Prædecessores nostros Eccle=
sia Parochialis in Costinin nostri Patrona=
tus fuisset et esset tertio denario et tertio alle
thelonei ibidem ac decimo pisce tam magno
quam parvo capto et prenso in lacubus

nostris

nostris omnibus terre Costinen dotata et
redituata, nec unquam eadem Ecclesia
per predecessores nros nec nos fuit in eisdē
suribus et redditibus laesa et vulnerata, ta=
men quia Ecclesia predicta Costinen per
nostros Predecessores super predictis reddiți=
bus non fuit privilegiata, Honorabilis
Vir Dominus Martinus Canonicus Plocen
Ecclesiæ Plebanusque ibidem in Costinin
accedens ad nostram presentiam Nobis
humiliter et devote supplicavit, ut predi=
cta videlicet tertiam denarium et allee
de Thelonco Costinen, et decimum Pisem ad
predictam Ecclesiam pertinente, Privilegi=
aremus. Nos itaque ad instantes petitiones
ipsius pia devotione aulinati ob reveren=
tiam Dei altissimi, ejusque genitricis Ma=
riæ Virginis Gloriosæ, nec non Sancti Jaco=
bi, in cujus honorem fundata existit Ecclesia
eadem, predictam Ecclesiam predictis red=
ditibus privilegiamus et perhennamus,
ipsam eisdem de novo redditurantes dotantes
et ditan, ita videlicet ut predictum, est, quod
eadem Ecclesia Costinen tertium denarium,
et allee tertium, de thelonco Costinen tollet
et levabit, nec non ad decimum pisem in

hijs

hijs nostris omnibus locubus videlicet Su-
cyn, Wordworz, Wale, Soinino, Birmin,
Chonie et alijs jacentibus sub Castro anti-
que, et sub Civitate possidebit retinebit et
habebit. Et ut eo melius capturam Piscium
in predictis locubus valeamus et possimus
exercere cum predicto Martino Plebano Co-
stinen in hunc modum pro decima Canapi
in Strzelze, et in Strzam concordavimus, quod
de eisdem duabus villis pro reformatione Ja-
genarum nostrarum equibus Ecclesia eadem
usum singulis annis habeat, dem Dominus
Martinus decimam Canapi Nobis debet
dare et assignare, et pro se decimum piscem
quotiescunque jagere in predictis locubus
trahentur, tam in hyeme, quam in estate sine
omni deminutione levare, Et ne igitur vide-
amur predictam Ecclesiam per huyusmodi
decime Canapi receptionem gravare, ter-
tium denarium ab omnibus Civibus et a-
gricolis Civitatis Sovicien de thelonco Costi-
nen Ecclesia predicta Costinen tollet habe-
bit possidebit, licet ab eisdem civibus et Incc-
lis Sovicien non consueverat, tollere et leva-
re tertium denarium Ecclesie predicta. Si ve-
ro quis vel qui Capitaneorum Procuratorum

vel

vel Provisorum nostrorum, qui tunc pro
tempore ibidem in Costinicz per nos vel no=
stros Successores fuerint constituti prefatum
piscem decimum de predictis lacubus pre=
nominato Plebano vel suis Successoribus non
dederint, vel quovis modo dare recusaverint
tunc predictus Martinus vel sui Successores
ad dandam decimam Canapi de villis pre=
scriptis pro sagenis vel alijs usibus nris
per Nos vel nostros Successores eorumque Pro=
curatores et Provisores non debet compelli.
In cujus Rei testimonium Sigillum nostrum
presens est appensum. Actum et Datum in
Sigilia omnium Sanctorum, sub anno Dni
Millesimo trecentesimo octuagesimo. Presen=
tibus hijs testibus: Andrea Marscalcone Cu=
rie nre et Subcamerario Florent, Stephano
Capitaneo Capitaneo et Subcamerario Costi=
nent, Joanne de Locrizie, Petruscio de Missaco=
vo heredibus et alijs quamplurimis fidedignis.
Scriptum et datum per manus Nicolai No=
tarij nostri: Nos itaque supplicationi ejusmodi
uti justo benigne annuent presentatas Litera
renovandas atque in omnibus earum articu=
lis et conditionibus approbandas et confirmand
duximus, renovamusque approbamus et con=
firmamus

firmamus presen Literis, decernen omnia et
singula in eis contenta et expressa robur debi=
tum et perpetuum obtinere debere. In cujus
rei fidem &c. Datum Piotrkovie in Comitijs
Regni generalibus, feria sexta post festum S.
Lucie Virginis proxima Anno Dni M D LVIII.
Regni nri XXIX.

Relatio cujus supra

Confirmatio Literarum infra=
scriptarum pro Parte Sutorum
Leopolien.

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Omnia que
humana habentur, sic Superis volen, fluxa
sunt et caduca obliviongue obruuntur, nisi
Literarum adminiculo eternitati, ac postero=
rum memorie fuerint conservata. Proinde
Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex
Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Rex non
Terrarum Russie &c Significamus tenore
presentium quorum interest universis et sin=
gulis presen et futuris harum notitiam ha=
bituris. Exhibitas esse coram Nobis quater=

nas

nas Literas in Pergameno scriptas, sub titu-
lo et sigillis pendentibus, Sermorum olim
Principum Dominorum Casimiri Iuvi, et Si-
gismundi primi Parentis Antecessorum no-
strorum desideratissimorum Legum Polonie
communitas, certas Prærogativas Sutoribus
eorumque Contubernio Civitatis nostre Leo-
polien per eorum Majestates concessas in se
continentes. Supplicatumq; Nobis per certos
Consilianos nostros pro ipsis ut ea propter ea-
rum vetustatem innovare authoritateque no-
stra Regia approbare, ratificare, et confirma-
re dignaremur. Quarum tenores hic sequun-
tur. Kazimirus Dei Gratia Rex Polonie Ma-
gnus Dux Lithuanie Rusie Prussiaque Do-
minus et hæres &c Significamus tenore Præsen-
tium quibus expedit universis & singulis præsen-
tium notitiam habituris. Quomodo Provideñ
Sutorum Civitatis nostre Leopolien certa di-
dicimus ratione, quod quidam de aliis par-
tibus Sutores advenien, sub Castro nostro Leo-
polien ante Civitatem inhabitant et demo-
rantur, foragio nova ibidem et insolita, Civi-
tati nostri Leopolien ac proventuum nostro
rum Regalium in detrimentum et diminutio-

nem

nem vergentia exercent et faciunt; Volen
igitur huic negotio de congruo providere re=
medio, tum petitionibus Putorum predicto
Civitatis permoti, de unanimi nostrorum
Consiliariorum nobiscum in hac Conventio=
ne congregatorum consilio decernimus per
presentes Literas tantummodo duos Sutores
sub Castro prefato ante Civitatem Leopolien
juxta consuetudinem a diu servati solitam
permansuros et in habitaturos. Quo circa Tibi
Magnifico Andree Odrowasi de Sprowa Pala=
tino et Capitaneo Leopolien aut alij pro
tempore existen Nobis sincere dilectis com=
mittimus et mandamus, quatenus prefa=
tos Sutores nostros Leopolien circa hanc Liber
talem presentibus eis concessam et largitam
conservetis et conservari debeatis irrecusse. De
cetero non plures quintasat duos Sutores, ut pre=
fertur sub castro prefato Leopolien, juxta an=
tiquam consuetudinem manere admittent,
presentibus quintasat, ad nostra voluntatis
beneplacitum duraturis. Secus autem pro
gratia nostra facere non ausuri. Datum in
Convention generali in Piotrkow feria quin=
ta proxima post festum exaltationis Sancte

Crucis

Cruis. Anno Domini Millesimo quadrin=
gentesimo quinquagesimo sesto. Relatio
Venerabilis Joannis de Brzezie Juris Utriusq
Doctoris Archidiaconi Gnesnen Regni Polo=
nie Vicecancellarij, Litterarum Litterarum
tenor. Kazimirus Dei gratia Rex Polonie Ma=
gnus Dus Lithuanie Russie Prussieque Do=
minus et hæres, ac Significamus tenore Pra=
sentium quibus expedit universis Quodmodo
causantibus coram Nobis Prouidis Jutori=
bus Ciuitatis nostre Leopolien fidelibus no=
stris dilectis, quod de alienis partibus, qui=
dam Jutores aduenien, sub Castro nostro ma=
jori Leopolien degunt et morantur, nova
insolitaque fora in proventuum nostrorum
Diminutionem, ac dilectorem Jutorum ja=
curam et gravamen ibidem exercen. Vo=
len igitur de hujusce rei opportuno reme=
dio prouidere, statuimus consuetudinem
antiquam a diu quoque tentatam et pos=
sesam in eo fore servand, juxta quam ut
fertur, non nisi duo Jutores sub ipso Ca=
stro nostro extra muros Ciuitatis Leopo=
lien residen teneantur et inhabitare. Quo=
cira Tibi Generoso Raphaeli de Jaroslaw

moderno

moderno seu alteri pro tempore Capitaneo
existen Leopolien, committimus, et omni=
no habere volen mandamus, quatenus
deinceps et peramplius sub Castro nostro
memorato Leopolien, non plures preter
duos Sutores debeas seu fovere permittas
ac manere. Et insuper in Domibus et Gasis
Nobilium extra Civitatem Leopolien artis
sutoriæ quoscunque homines manere non
admittas ulla ratione in prajudicium ac
detrimentum Sutorum nostrorum prædicto=
rum, ne querelis eorum amplioribus pro
eo pulsaremur. Et aliter pro gratia nostra
non facturi. In Quarum quibus Sigillum no=
strum est subappensum testimonio Literarum.
Datum in Grodek feriâ tertiâ proxima post
Dominicam conductus Paschæ Anno Dni
Millesimo quadringentesimo sexagesimo
nono. Relatio Venerabilis Alberti de
Lichtin Regni Poloniæ Vicecancellarij. Ter=
tiarum Literarum tenor est iste. Kazimi=
rus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiaque ac Dominus
et hæres. Significamus tenore præsentium
quibus

quibus expedit universis. Quomodo querelan-
tibus coram Nobis stutibus Civitatis nostre
Leopolien, quomodo Cerdones extra Civitatem
ipsam Leopolien Degen in vendendis Cutibus
per ipsos dictis Sutoribus pro calceamentis et
alijs ad necessitatem hominum oportunis la-
borandis ac disponendis, aliam consuetudinem,
quam in alijs Civitatibus Regni nostri observa-
tur servarent ac tenerent, potissimum cutes
viliores et exiliores eisdem vendendo, potiores
vero ad loca ex terra lucri causa transmitten.
Volen idcirco querelis hujusmodi finem impo-
nere, eum modum et ordinem in vendendo
dictis cutibus per ipsos cerdones Leopolien
volumus observari, Qui in Civitate nostra Cra-
covien antiquetus observabatur. Unde Tibi
Generoso Raphaeli de Jarosław Capitaneo
nec non famosis Consulibus ejusdem Civi
tatis nostre Leopolien modernis et alijs pro tem
pore existen committimus ac mandamus, qua-
tenus post gr de modo ordine ac positione inter
Sutores ac Cerdones Cracovien; hinc inde fir
miter et inviolabiliter observari faciatis ac te-
neri sub certa pœna et mulcta competenti
ipsos utrobique ad præmissorum observatio-
nem
informati fuerint=

nem adstringendo et aiendo pro gratia nostra.
Harum quibus Sigillum nostrum est subappen-
sum testimonio Literarum. Datum in Prodek
feria tertia post Conductum Paschae proxima
Anno Domini Millesimo quadringentesimo
sexagesimo nono. Relatio Venerabilis Al-
berti de Zichlin Regni Poloniae vicecancella-
ry. Ultimarum Literarum tenor est iste. Sigis-
mundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus
Dux Lithuaniae necnon terrarum Cuiaviae
Pendomiriae Siradiae Lanciciae Cujaviae Russiae
Prussiae Culmen Elbingen Pomeraniaeque ac
Dominus et haeres. Significamus tenore Pra-
sentium notitiam habituris. Quia Nobis hic
fideliter agentibus accesserunt ad conspectum
nostrum Sutores Civitatis nostrae Leopolien,
et graviter questi sunt, quod essent multi
Sutores in Suburbio Leopolien, qui extra fo
ternitatem agen, artificium exercent, in quo
non mediocriter ipsos gravarent. Supplica-
runt itaque Nobis humiliter, ut in ea re
de remedio illis oportuno providere dignare-
mur. Et quia justae petitiones Subditorum a
principe obaudiri non debent, volumus et
decernimus, ut Magnificus Stanislaus de Podczi

Marschalcus

Marschalcus Regni nostri et Capitaneus Leopo-
lien, Provideat, et efficiat ne deinceps Plures Su-
tores in Suburbio extra fraternitatem artificii
um Sutorum exercere non audeant, praetereos
duos Magistros, qui ad artem laborare solent. Item
quaesti sunt etiam memorati Sutores Leopolien
qualiter pauci esperent admodum apud hanc Civi-
tatem Cordones, multi autem sunt artifices
corigio laborant, ideo supplicarunt, ut indicere
dignaremur, liberum forum vendendi et emendi
corrigium elaboratum undecunque adduceretur, et quandocunque advehereter. Hos notan
Subditos nostros Nobiles et Cives gravari in
tanta egestate corigij, Statuimus, ut quo-
libet mense unus dies liber sit omnibus ad ven-
dend et emendum corrigium elaboratum in
hac Civitate nostra Leopolien, et is dies erit
dies fori diu instituti: Haec autem ordinatio
de libero foro dunta xat ad bene placitum no-
strum vires sit habitura. Praeterea quaesti
sunt Sutores praefati qualiter Mercatores
Christiani, Rutheni, armeni, et Hebrei solent
extra ante portas Civitatis et in plateas, exe-
mereque ab advenis cutes, ita quod ad ma-
nus Sutorum et aliorum artificum perve-

nire

nire non prosequnt. Deo commoditati Subdito-
rum nostrorum predictorum consulere volen.
Decernimus ac statuimus, quod deinceps
nullus mercatorum aut suorum familiari-
um sive sit talis mercator Christianus sive
Lutheranus, Armenus aut Hebreus non au-
deat extra Civitatem in campos et platea
exire ac cutes hujusmodi parvas aut ma-
gnas ab hominibus advenien emere, sub
amissione talis rei, pari ratione statuimus,
et decernimus, quod mercatores Christiani
Lutheri Armeni et Hebrei, cujuscunque
status et conditionis sint, clam vel mani-
feste, non presumant ab hominibus adve-
nis, de cutibus magnis aut parvis minus
recte emere, similiter sub amissione ipsarum
Cutium. Quocirca Vobis Magnifico Stanislao
de Chodecz Marscalco Regni nostri Supremo,
et Capitaneo Leopolien, nec non famatis
Proconsuli et Consulibus Civitatis nostre Leopo-
lien committimus presentibus, mandantes
quatenus prefatos Sutores secundum hanc
ordinationem nostram in toto et in parte
conservetis et conservari curetis, Sine ad
beneplacitum nostrum. In cujus rei testimo-

nium

nium Sigillum nostrum presens est appensum.
Actum et Datum in Civitate nostra Leopolien
feria quarta proxima post Festum S. Luce E=
vangelistæ Anno Domini Millesimo quin=
gentesimo vigesimo quarto. Regni vero nostri
decimo octavo Christophorus de Szydłowiecz
Palatinus et Capitaneus Cracovien et Re=
gni Poloniæ Cancellarius, Relatio Magnifici
Christophori de Szydłowiecz Palatini et Capi=
tanei Cracovien ac Regni Poloniæ Cancella=
rij. Nos itaque Sigismundus Augustus Rex
prænominatus supplicationi Prefatorum Con=
siliariorum nostrorum pro parte præfatorum
Fidelium Leopolien Nobis factis benigne
annuendo, attendendq; presentes literas ope
sanas salvas non viciatas neque Cancel=
latas, omnique prorsus vitio et suspitionis
nota carentes, eas innovandas ac authori=
tate nostra Regia approbandas ratificandas
et confirmandas duximus, prout eis omni
bus et singulis eorum punctis clausulis et
conditionibus ac articulis, innovamus, ra=
tificamus, approbamus, et confirmamus
presentibus. Decernendo ea omnia et singu=
la eis contenta robur firmum habi=

tura

tura tenore præsentium mediante. In cujus
rei testimonium Sigillum nostrum præsen
est appensum. Actum et Datum Piotrkovie
in Conventione Generali Regni feria quinta
ante festum Sancti Thome Apostoli Anno
quo supra

Relatio cujus supra

Donatio bonorum post mor-
tem Honesto Anno Civis Posna-
niens jure caduco ad Regiam Ma-
jestatem devolutorum Generoso
Joanni Krzyzanowski.

Sigismundus Augustus &c

Significiamus &c quod cum Nobis renun-
ciatum esset, Honestam Agnetem Posnania-
ha Civem Posnanien sine legitima prole
e viris decessisse, quin etiam et sine legi-
timis haeredibus, qui illi juxta juris Magde-
burgen dispositionem ipso jure legitimo succe-
dere queant. Deinde jus illud omne bonag illi-
us universa, sive ea mobilia sive immobi-
lia sint ad nos fiscumque nostrum Regium

caduco

caduco jure deveniße. Quamobrem Nos et
ob intercessionem Rndi in Christo Patris Domini
Joannis Przerembßki nominati Episcopi Chel=
mens et Regni nostri vicecancellarij pro Vene=
roso Joanne Krzyzanowßki Tribuno Posnani=
en et Aulico nostro diligenter apud Nos fa=
cta, tum obsequiorum ejusdem aulici nostri
intuitu tam Nobis quam Divo Parenti no=
stro desideratißimo in Aula et in Cancellaria
prestitorum, eidem Tribuno Posnanien hoc
ipsum Jus caducum nostrum fiscique nostri
dandum donandumque statuimus, uti damus
et Donamus perpetuo et in eorum nihil
omnino nec pro Nobis nec pro Fisco ipso
juris isthic reservan. Verum per ipsum Aulicum nostrum tam Jus hoc quam bona u=
niversa demortuo ejusdem tenen haberd pos=
siden et pro usu ipsius beneplacito conver=
ten. In cujus rei fidem Sigillum nostrum
presen est appressum. Datum Piotrcovie in
Castino Divie Elisabethe. Anno quo supra

Relatio

Novi Privilegij in Locum de
perditi

peroiti super villam Berter=
mier fervient concessio.

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis=
mundus Augustus Dei gratia Rex Polonie
Magnus Dux Lithuanie, nec non Terrarū
ac Significamus presens Literis quorum
interest universis universis presens et fu=
turis harum noticiam habituris. Quia ve=
nien ad nos nobiles Melchior, et Baltazar
Hiemzowie fratres germani Heredes ville
Berthermicz in terris Prussie sibi exposue=
runt Nobis, quod Litere et munimenta sua,
super bona eorum hereditaria villam Ber=
thermicz in terris Prussie villam exposcerant
prefatam, a predecessoribus nostris Antece=
soribus eorum concessam, et tempore bellorum
in his terris nostris Prussie gestorum, aut ali=
quo alio siniestro eventu asserent deperdita. Sup=
plicaruntque Nobis suo et Nobilis Zophie
Wierzbowska relicte olim Nobilis Jacobi
Hiemez, Matris sue nominibus, ut in vim
et loco ipsorum munimentorum deperditorum
novas literas seu novum Privilegium nostrum

super

super ea ipsa bona terrestria hereditaria Ber=
thermier illis dare et concedere dignaremur. Nos
eorundem Nobilium Melchioris et Baltha
sari fratrum Matrisq; eorum precibus uti ju=
stis benigne annuere, certo edocti per nom=
inatos Consiliarios terrarum Prussiæ præno=
minata bona esse eorum propria hæredi=
taria, ipsorque et eorum Prædecessores sem=
per et hactenus in pacifica eorum Possessi=
one et usu extitisse. Super ea ipsa bona he=
reditaria illis loco priorum amissarum, no
vum Privilegium dandum et concedendum du=
ximus damusque et concedimus præsentibus
per ipsos Nobiles eorumque Legitimos Suc=
cessores eadem bona Berthermier cum o=
mni jure dominio et proprietate, ita late
longe et circumferentialiter, prout eadem
bona in suis metis et limitibus ab antiquo
sunt possessa et tenta, cumque omnibus et
singulis eorum juribus censibus fructibus
proventibus redditibus agris pratis cam=
pis Sylvis pascuis mericis, prædijs lacubus
et cum libera piscatione in lacu Vatlavien
dicto, retibus minoribus circa utraq; par=
te rippariam, necnon libera collectione li=
gnorum aridorum in Sylva dicta Biali=

dwor

duror ad prædictum Juum. Et generaliter omnibus
et singulis utilitatibus, nullis penitus exce=
ptis ad eadem bona ex antiquo pertinen,
que nunc sunt, et in posterum excogitari hu=
mana industria poterunt, ita quod generalitas
specialitati et specialitas generalitati in
nullo deroget, sive titulo quo hereditario
teneri haberi utifrueri pacifice et quiete
possideri, ac in usus suos suorumque Succes=
sorum beneplacitos prout ipsis eorumque
Successoribus melius et utilius videbitur
converteri. Ita tamen quod expeditionem bel=
licam more aliorum Nobilium terrarum no=
strarum Prussie ipsi eorumq' Successores ob=
ire teneburtur et erunt astricti. In cujus rei
testimonium ec Actum et Datum Piotrko=
vie in Conventione generali Regni Die
XXII Decembris Anno quo supra.

Relatio

Confirmatio Literarum infrascri=
ptarum pro Parte Gregorij Sol=
tis Suburbani Leopolien

In

In nomine Domini amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismun-
dus Augustus Dei gratia Rex Polonie &c
Significamus præsen Literis &c Exhibitas esse
Nobis Literas Pargamen eas per Providum Gre-
gorium Soltis Emethonem et Suburbanum
Civitatis nostre Leopolien venditionem agri
unius Lanei eidem Gregorio per certas perso-
nas inferius expressas coram judicio Ban-
nito exposito Leopolien factam, Sigillo ejus-
dem appenso communitas, sanas salvas
et integras nullaque in parte suspectas. Sup-
plicatumque Nobis fuisse per certos Consilia-
rios nostros pro eodem gregorio Soltisz, ut
easdem Literas et omnia in eis contenta au-
thoritate nostra Regia approbare ratificare et
confirmare dignaremur. Quarum tenor de ver-
bo ad verbum sequitur et est talis. In nomine
Domini amen Ad perpetuam rei memo-
riam, Nos Scabini jurati Civitatis Leopo-
lien, videlicet Joannes Faber, Joannes Ma-
ternus, Martinus Aurifaber Stanislaus Lan-
nid, Jacobus Habermani, Joannes Gros-
archanus, Valentinus Gebel, et Nicolaus
Fatrimirski. Significamus tenore presen,
quibus oportunum erit universis et singulis
presen

presen et futuris, harum notitiam habituris.
Quomodo in Judicio nostro barmito exposito,
quod fera quarta infra octavas corporis Chri
sti de anno Domini Millesimo quingentesi=
mo vigesimo quarto estat celebratum, cui
Spectabilis ac Famatus Dominus Andreas
Staro Consul et Advocatus noster Juratus pre=
sidebat personaliter, Constituti, Providus cum
Honestis Stanislaus Cruthowicz ac Bar=
bara Consors Mathie Sthras Concivis nostri
et Catharina relicta olim famati Thome
Sutoris Sueri olim Petri Cruth ipse Stanisla=
us per se et dicta Domina Barbara et Catha=
rina per assumptum sibi tutorem Matheam
Sthrach liber recognoverunt ac fassa sunt.
per expressum, quia Provido Gregorio Soltis
Suburbano nostro vendiderunt unum laneum
agri in Klepparow inter Domum Andree Stha=
no ab una et Medietatem Lanei Dualk parte
ab altera una cum rubetis ac pratis ad eun=
dem Laneum ex antiquo pertinen et spectan=
tibus. Qui laneus extendit se a Klepar on
seu a suo loco usque per viam stratam videli=
cet publicam a loco solis post Sanctam Cru
cem versus Jaworow tenden et ab ipsa via ad=
huc se extendit ad longitudinem quatuor

Stadio=

stadiorum terra, inter quos Stadia contineter
prædium quod pertinet etiam ab antiquo ad
dictum Laneum, quem laneum una cum dictis
coherentijs superius expressis, Dictus Gregorius
Soltis et sui hæredes legitimi tenebunt habe=
bunt possidebunt, cum omni jure dominio
et proprietate ita late longe et circumspecti=
tialiter, prout ab antiquo dictum laneum et
coherentia ipsius ab alijs laneis ac prædiis
est distinctum ac limitatum, pro quo reco=
gnoverunt totalem recepisse ab eodem rece=
pisse solutionem, quam sibi et suis posteris ju=
ridice resignaverunt, libereque miserunt, nunc
et in perpetua tempora, quod ipse Gregorius
solido opposuit, quod judicium recepit Et in
hujus rei firmius et evidentius testimonium
Sigillum officij nostri Scabinalis, quo ab
antiquo fungimur est presens subappensum.
Nos itaque Sigismundus Augustus Rex pre=
fatus supplicationi ejusmodi uti justa beni=
gne annuendo, Literas preinsertas et omnia
in eis contenta authoritate nostra Regia ap=
probamus ratificamus et confirmamus Lite=
ris hisce nostris, decernendo eas vim et robur de=
bitum ac perpetuum quantum de jure est
obtinere debere. In cujus rei fidem ac Datum
Piotrkovie

Piotrkoviæ in Comitijs Regni Generalibus
Die XVI. Decembris. Anno quo supra

Relatio

Libertas inprascripta Oppidanis Zwolinen ob incendium ad certum tempus concessa

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quia Nos calamitati Oppidanorum nostrorum Oppidi nostri Zwolien in quam incendio et conflagratione inciderunt compatien, qui omnium prope fortunarum suarum jacturam fecerunt. Cupientes itaque conditioni eorum collapsæ succurrere, et quo ad fieri potest inopiæ eorum consulere volen Omnibus et singulis damna passis ab omnibus exactionibus et contributionibus tam nostris quam Civilibus laudatis vel laudandis et pro Reipublicæ Regni nostri necessitate instituendis et instituendis, nec non a teloneis nostris antiquis intra Regnum nostrum solvi solitis ac etiam a tributis et

<u>oneribus</u>

oneribus, quos avi nostri Ladomien praesta-
re tenentur, hinc ad decem annorum decur-
sum. A contributione vero Cropowe vulgo
nuncupata, ad decursum quinque annorum.
A podvodis vero ad decem annorum spacium
libertatem et immunitatem dedimus et con
cessimus, damusque et concedimus harum
serie Literarum. Et quoniam intelleximus
Templum quod' isto in Oppido nostro Zwo-
lien igne consumptum esse, ideo ut Oppidani
quoque nostri et praesertim ij, qui per ignis
incendium damna non sunt passi, ad ejus ae-
dificationem curam studium operam et sum-
ptum adhibeant et impendant, dedimus istis
quoque Oppidanis nostris damna non pas-
sis immunitatem ac libertatem a supernis
nominatis contributionibus et exactioni-
bus nostris et Reipublicae ad Castrum La-
domien ac etiam a teloneo nostro antiquo
ad sex annorum decursum. A contributio-
ne vero Cropowe ad duos duntaxat annos,
damusq' praesen Literis nostris. Quocirca con-
tributionum nostrarum publicarum exacto-
ribus et Theloneatoribus nostris modernis
et pro tempore existen id demum mandamus
ut omnes oppidanos nostros Zwolinen a su-
pra-

pramemorata libertate nostra per Nos
illis gratiose concessa conservetis, neque quic-
quam ab eis ad tempora præscripta exigere au-
deatis. Pro gratia nostra aliter non facturi. Quam-
quidem libertatem ab eo die et tempore quo
Oppidani nostri damna sunt passi inchoari
volumus. In cujus rei fidem &c Datum Piotrko-
vie feria Secunda ante festum Sancti Tho-
me Apostoli proxima. Anno quo Supra

Relatio

Immunitas a non gerendo Magistratus officio Apotecario Sendomirien data.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Po-
lonie &c
Significamus præsen Literis nostris quo-
rum interest universis, Adductos nos esse
quorundam Consiliariorum nostrorum pre-
cibus, ut Famato Stanislao Apotecario Sen-
domirien gerendi Magistratus immunita-
tem daremus, uti quidem Literis hisce nostris
damus, partim, quod non satis firma illum
valetudine

valetudine esse accepimus, præsertim quod
pro eo artificio quo utitur privatam agens
facilius arti sua insistere, commodisq; suis
consulere posse videatur. Quid universis et sin=
gulis quorum interest Nominatim vero Pro=
consuli cum consulibus Advocato et Scabi=
nis, totique Communitati Civitatis nostre
Sendomirien denunciantes mandamus,
ut prefatum Apotecarium hac immunita=
te per nos donatum illum Magistratum ge=
rere, illumque publicum Civitatis munus
sustinere invitum, ad extrema usque illi=
us vite tempora adigatis, quin illi Literas
hasce nostras firmas et ratas esse velitis.
Pro gratia nostra. In cujus rei fidem et firmi=
us testimonium, Sigillum nostrum presen
est appressum. Datum Petricovie in Comitijs
Regni generalibus, Die decima Septima
Decembris anno Dñi M D L VIII. Regni
vero nostri XXIX.

Joannes Przerembski L. P. Vicecancellarius mp

Relatio Dñi in Christo Pa=
tris Domini Joannis Prze=
rembski Nominati Episcopi
Chelmen L. P. Vicecancellarij

Advitalitas

Novitalitas super molendi-
nam in villa Kostriniia Ho-
nesto Joanni Warchol Molendi-
natori ejusdem, ac Joptio
llsori ejusd datal Litera in forma Can-
cellaria extradita Piotrkovia in Comitijs
Regni generalibus Sabbato post Festum
S. Lucie. Anno quo supra

Relatio cujus supra

Privilegij Novi in locum
combusti Oppidanis Prze-
decess concessio.

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Solent Re-
ges et Principes quorum memoriam volunt
esse perpetuam, ea literarum monumentis
commendare. Quamobrem Nos Sigismundus
Augustus ac Significamus praesen Literis
quorum interest universis tam ijs qui nunc
sunt, quam qui postea futuri sunt. Quod

venien

vericet ad Nos Oppidani nostri Przede
cen exposuerunt coram Nobis Privilegium
eorum originale, eo ipso tempore cum Oppi=
dani ejni incendio flagrarent ab ipso i=
gne consumptum esse. Supplicaverunt q Nobis ut calamitatis eorum miserti novum Privilegium illis concedere dignaremur. Nos itaque Supplicationi ejusdem benigne annuere, commodisque tam eorum quam nostris consulere voleri, novum Privilegium illis dandum duximus, damusque tenore Literis nostris. Principio quod ad commodum Oppidi nostri Przedecz attinet, quoniam ex Inventaria Proventuum nostrorum de Oppido ipso Przedecz Nobis solvi solitorum per Generosum Joannem Sierakowski Castellanum Landen nostro Curiæ Referendarium et Przedecen Capitaneum Nobis exhibito intelleximus, Oppidum Przedecz viginti sex Laneos habuisse atque etiam nunc habere. Deo Nos difficultatibus Oppidanorum nostrorum obviare voleri, hos ipsos viginti sex Laneos Oppido prefato ita annectimus et incorporamus, quod ad ipsum Oppidum

perpetuis

perpetuis temporibus pertinere debeant,
nemoque usum eorum preter eos Civis sibi
usurpare audeat. Et quibus quidem Lancis
ipsi Oppidani singulis annis pro festo
Sancti Martini per duodecem grossos con=
sus nobis sive Capitaneo nostro volvere
tenebuntur. Item cognovimus ex eodem In=
ventario, quod isto in Oppido et octuagin=
ta et octo domibus Oppidanorum nostro=
rum per grossos tres, Ab artificibus vero
Novem per grossos quatuor, A Taberna
toribus autem per grossos quatuordecem,
per grossos duodecem singulis annis no=
mine census Nobis seu Capitaneo nostro
provenit. Item ex diversorijs per grossos
quindecem; Et quibus quidem superius
nominatis proventibus nostris Advoca=
to prædicto nostro sextus denarius per=
venire solet. Quapropter Prædicto Genero=
so Joanni Sieratowski Capitaneo nostro
Prædicto et alijs pro tempore existen Capi=
taneis mandamus, ut secundum formam
et præscriptum hujus Privilegij nostri se ge=
rant temporibus perpetuis, neque quisquam

in

902)

in Oppidanos nostros Predeces quod
esset a Privilegio hoc nostro alienum sta-
tuere audeant. Preterea rippam alias O-
strow Limitibus ville Libna adjacen una
cum prato penes eandem rippam et fos-
sam molendinalem, alias podle mlyna-
skiego rowu jacen, quam rippam cum
prato antea eisdem Civibus dederamus,
presen quoque Privilegio perpetuis tempo-
ribus duraturo damus et concedimus. In
cujus rei fidem &c Datum loco, die, et an-
no, quibus supra.

Relatio cujus supra

Confirmatio binarum Lite-
rarum pro Parte Incolarum
Villarum Rozonia Pothwissiot-
cze et Liczichow.

In nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigi-
smundus Augustus Dei gratia Res
Polonie

Polonie &c Significamus &c Exhibitas esse
coram Nobis binas Literas infrascriptas alte=
ras Serenissimi olim Kazimiri Regis avi no=
stri desideratissimi, Privilegium villarum inspu=
scriptarum in se, Alteras vero Serenissimi olim
Domini Sigismundi primi Regis Polonie Pa=
tris nostri desideratissimi Decretum Colonorū
ville nostre Horoszawa occasione laborum per
suam Majestatem latum continens Supplica=
tumque est Nobis per certos Consiliarios nostros
nomine prefatorum Colonorum, ut eas in=
novare authoritateq́ nostra Regia approba=
re ratificare et confirmare dignaremur. Qua=
rum tenores hic sequuntur. In nomine Dñi
Amen. Ad perpetuum rei memoriam. Hec=
ror oblivionis gestis sub tempore vertantibus pa=
riat detrimenta. Alta Regum et Principum con=
silia decreverunt, ea literarum apicibus
et testium subsidio roborari. Proinde Nos Ca=
zimirus Dei gratia Rex Polonie nec non Ter=
rarum Cracovie Sendomirie Siradie Lanci=
cie Cuyavie Magnus Dux Lithuanie Russie
Prussieque Dominus et hæres &c Significa=
mus tenore Presen quibus expedit universis
presen et futuris harum notitiam habitu=
ris. Quomodo volen facen conditionem me=

liorem villis Nostris Zoronia, Potheviscolize
Lizichow in terra et Districtu Leopolien
sibi, prout in suis metis et granitiebus lon=
ge late et circum ferentialiter limitato sunt
et distincto de jure Polonico Luthenico sive
quovis alio in jus Theutonicum quod Mag
deburg en dicitur transferimus perpetuo du=
raturo. Removentes ibidem omnia jura Po=
lonica Luthenica sive quævis alia modos
consuetudines universas quæ ipsum jus theu
tonicum plerumq; consuevernnt et soleta sunt
perturbare eximimus absolvimus et perpe=
tuo liberamus omnes et singulos prædicta=
rum villarum Cmethones et incolas abo=
mni jurisdictione et potestate omnium Regni
nostri Palatinorum Castellanorum Palati=
norum, Capitaneorum, Succamerariorum,
Judicum, Subjudicum, et quorumvis Officia=
lium et ministerialium eorundem, ut coram
ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam ma=
gris quam parvis puta furti Sanguinis incen=
dij homicidij membrorum mutilatione, seu
quibusvis alijs enormibus excessibus citati
fuerint minime respondebunt, sed nec aliquas
penas persolvere tenebuntur. Sed tamen ipsi

Cmetones

Cmetonas et Incolas coram Nobis aut nostris
Successoribus vel capitaneis aut tenutarijs pro
tempore existen, aut advocatis, scultetis, Advo
cati vero coram Nobis au nostris dictis Te=
nutarijs, vel coram nostro judicio generali, dum
tamen per Literam nostram nostro Sigillo Si=
gillatam citti fuerint, et hoc si in reddenda
justitia negligen fuerint vel remissi; tunc
non aliter quam eorum jure theutonico
de se querulan respondere sint astricti. In causis
vero criminalibus et Capitalibus superiores=
praefatis Advocati seu Sculteti de predictis
villis nostris pro tempore existen intra me=
tas et granities judicandi punien sententi=
andi corrigen diffinien ac plecten atque con=
demnandi plenam et omnimodam habebunt
facultatem, prout hoc ipsum jus teutonicum
in omnibus suis punctis, articulis clausulis
conditionibus Sententijs et capitulis postu=
lat et requirit, harum quibus Sigillum nostrum
est appensum testimonio literarum, Actum
In Conventione Novae Civitatis Koreyn fe=
ria sexta proxima ipso die S.ti Floriani. Anno
Domini Millesimo Quadringentesimo sexage=
simo quarto. Praesen ibidem Reverendo in Chri=

Sto

jto Patre Domino Joanne Episcopo Cracovien
et S.P. Cancellario nec non Magnificis et Ge=
nerosis, Joanne de Thenczyn Castellano Cra=
covien, Joanne de Pilcza Cracovien, Decslao de
Lithwani Sandomirien, Andrea de Sprowa
Leopolien Palatinis, Petro de Schamotuli Ca=
stellano Posnanien et Capitaneo Majoris Po=
lonie generali; Dobeslao Comitha de Dijni=
ce Sublinen, Joanne de Tharnow Woynien,
Stanislao Wathroptka de Brzelezie Sandecen
Castellanis, Joanne de Lithwiani Marschalco,
Jacobo de Dambno Tesaurario R. Polonie. Da=
tum per manus ejusdem Rndi Patris Domi=
ni Joannis Episcopi Cracovien et Rni Polo=
nie Cancellarij nostrum nobis dilecti. Ora=
tionem ejusdem Rndi Patris Domini Joan=
nis Episcopi Cracovien et Rni Pe Cancella=
rij. Alterarum literarum tenor est iste. Sigis
mundus Dei gratia Rex Polonie Supremus
Dux Lithuanie Russie Prussie Masovie &
Dominus et hæres. Significamus præsen Li=
teris quorum interest universis, quod cum con=
quererentur coram Majestate nostra Regia
homines villæ nostræ Horostrana cogi se
ad obeundos per Generosum Nicolaum

Dziadoszicki

Dziadoszyccki Tenutarium eorum singulis pro=
pe diebus cum ea privilegio Advocati eorum
statis anni temporibus, laborare teneantur,
ipso Contra negante si aliquid contra consue=
tudinem et Statuta Regni nostri in eos sta=
tuere exhibeatque Privilegium Advocati; in
quo nihil de laboribus scriptum erat. Hos
ea Sententia Consiliariorum nostrorum secuti
consuetudinem nostram in ejusmodi contro=
versijs decernendi pronunciavimus et decer=
vimus, pronunciamusq; et decernimus pre=
sen Literis ut ipsi Homines nostri Honoza=
nen, qui dimidium laneum agri colunt
singulis septimanis, unum diem cum jus=
si per Tenutarium aut factorem ejus fue=
rint laborent eo modo, ut cum oriente
sole laborare ceperint occidente dimittantur.
Sub meridiem autem ad urandum corpus
et jumenta duae horae illis concedantur. In
ceteris vero rebus eos secundum veterem con=
suetudinem conservari volumus, hac nostra
Sententia mediante. Harum testimonio Li=
terarum quibus Sigillum nostrum est ap=
pensum. Datum Cracoviae feria tertia post
Dominicam Invocavit proxima, anno

Dni

Domini Millesimo quingentesimo quadrage-
simo quinto. Regni nostri trigesimo nono.
Relatio Lndi in Christo Patris Domini Samu-
elis Maciejowskii Episcopi Sloven. et Regni
nostri Vicecancellarij. Nos itaque Sigismun-
dus Augustus Rex Prænominatus Supplica-
tioni prefatorum Consiliariorum nostrorum
pro prædictis colonis Horezanen apud
Nos facta benigne annuen, attenden q
proinsertas Literas esse sanas salvas nul-
lisque vitio obnoxias eas immovandas
ac auctoritate nostra Regia approban ratifi-
cand et confirman duximus, approba-
musque ratificamus et confirmamus.
Decernen eas robur firmum et perpetu-
um habituras tenore præsentium medi-
ant. In cujus rei testimonium ac Datum
Petricovie in Comitijs Lris generalibus
feria secunda ante festum sancti Thome
Apostoli proxima. Anno Dño supra.

Relatio ut supra.

Confirmatio Literarum fora
annalia

annalia et septimanalia in
se continen Oppidi Wasi=
cryn.

In nomine Domini Amen
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigi=
mundus Augustus &c Significamus &c
Exhibitas esse Nobis Literas in Pargameno
scriptas per Generosum Christophorum Wa=
sicrynski fora annalia et Septimanalia
in Oppido Wasicryn in se continen. sub ti=
tulo et annulari sigillo in corda cerea ap=
penso. Serenissimi olim Domini Sigismun=
di Patris nostri desideratissimi emanatas. Sup=
plicatumque est Nobis pro eodem per certos
Consiliarios nostros, ut Literas infrascriptas
et omnia in eis contenta authoritate nostra
Regia innovare approbare confirmare et
ratificare dignaremur. Quarum tenor de ver=
bo ad verbum sequitur et est talis. In no=
mine Dni amen. Ad perpetuam rei memo=
riam. Nos Sigismundus Augustus Dei Gra=
tia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ
nec non terrarum Cracoviæ Sendomiriæ Si=
radiæ Lancicie Cuiaviæ Lupciæ Prussiæ
Masoviæ

Masovie Culmen Elbingen Pomeraniq
ce Dominus et hæres. Significamus teno=
re præsen quibus expedit universis præsen
et futuris harum notitiam habituris. Quo=
modo Supplicant Nobis non nullis Consili=
arijs nostris pro Nobilibus Valentino Sta=
nissao Chröpthero et Joanne Wasierzynskich
fratribus Germanis, ut Oppido illorum Wa=
sierzyn nuncupato in terris nostris Lussie
et Districtu Halicien situto, de benignitate
nostra Regia pro meliori commodo Civi=
um et Incolarum Oppidi prædicti duo fora
unum annale alterum vero Septimanale da=
re et instituere dignaremur. Nos Supplica=
tionibus illorum facile annuend fora præ=
dicta instituenda et indicend duximus insti=
tuimusque et indiximus. Annale quidem
unum pro festo Sancti Pentecostes. Alterum
pro festo S. Martini Episcopi et Confesso=
ris Septimanale vero singulis hebdomodis
feria festa de anno in annum fora prædi=
cta celebranda et frequentari. Citra tamen
aliorum Oppidanorum et Civitatum no=
strarum in vicinia circumquaque con=

fistent

sissen prejudicium et detrimentum. Ita quod omnes et singuli homines pedes utriusque cujuscunque Status et conditionis fuerint, ad hoc ipsum Oppidum Wasicijn pro foris predictis annali et septimanali respective pro tempore existen et diebus supranominatis causa emendi, vendendi, res pro rebus et merces pro mercibus commutandi et alia negotiationis genera exercendi. Venientesq in accedendo et redeundo, nostra Successorumque securitate et libertate potiantur et gaudeant. Nisi tales sint, quos jura et Leges fovere non permittunt, et quibus proborum hominum consortia merito sunt deneganda. In cujus rei testimonium presentes Literas nostras seu Privilegium fieri et Sigilli nostri Secreti, quo ad presens utimur appensione jussimus muniri. Datum Cracovie in Conventione generali feria Sexta in vigilia conceptionis gloriose virginis Marie Domine nostre. Anno Domini Millesimo quingentesimo Trigesimo Sexto. Regni vero nostri anno Trigesimo. Presen Reverendissimis et Andis in Christo Patribus Andrea Ci-

cis

cio Archiepiscopo Gnesnen Primate et Legato
nato Joanne Latalski Cracovien Joanne
Chojenski Plocen, Petro de Tarnowiec Premi-
slien, et Sebastiano Branicki Camenecen
Episcopis, necnon Magnificis Venerabili-
bus et Generosis Joanne Comite in Tha-
now Castellano Cracovien ac Sandomirien
Capitaneo. Petro Comite de Ostrorog Cra-
vien, ac Cracovien Przemislien Plocen et
Siecpusien Capitaneo, Andrea de Oporow
Sendvien Stanislao de Cutno Lawen Jo-
anne Comite in Tenczyn Lucie ac Chel-
men Belzen Gasnostavienque Capita-
neo, Stanislao Orowaß Podolie ac Leo-
polien et Samborien Capitaneo, Janusio
Latalski Kunowladislavien. Stanislao de Spro-
wa Belzen et Capitaneo Oporznen. Petro
de Gorcznica Majoris et Capitaneo Cicha-
novien Felice de Przemsko Plocen Mar-
gebargen et Plocen Capitaneo Palatinis
Andrea de Gorka Posnanien et Capitaneo
majoris Poloniæ generali, Nicolao Wolski
Sandomirien et Serenissima Domina Bo-
na Regina Conjugis nostro Magisto Curiæ
Petro Opalinski Gnesnen et Serenissimi
Domini

Domini Sigismundi Augusti Curie Magi=
stro, Spitcone de Jordan Cadomien et Regni
nostri Desauario, Siradien et Crzepicen Ca=
pitaneo Joanne de Tenczyn Woynicen Mar=
valio Curie nostre ac Sublinen Capitaneo
Castellanis Stanislao Tarlo Archidiacono
Lublinen ac Cracovien, Stanislao Olesnicki
Decano Cracovien Preposito Skarbimirien
Sebastiano Opalinski Preposito Posnanien et
Cracovien Samuele Maciejowski Gnesnen et
Cracovien Canonicis Secretarijs nostris. Augu=
stino Cottonio Scabuli Prefecto et Hieronimo
Rapowski Magistro Coquine nostris et alijs
quamplurimis Dignitarijs Officialibus et
Aulicis nostris, vicem Nobis et fidelibus dile=
ctis. Datum per Manus prefati Andr in
Christo Patris Domini Joannis Chojenski
Episcopi Ploren vyncen Nobis dilecti. Relatio
Reverendi in Christo Patris Domini Joannis
Chojenski Episcopi Ploren vicem Nobis
Dilecti. Nos itaque Sigismundus Augustus
Rex Prefatus supplicationi prefato uti
justo benigne annuen Literas supranomi=
natas et omnia in eis contenta auctoritate
nostra Regia innovan approbam confir=
mam et ratificam ducimus, prout innova=

mus

mus approbamus confirmamus et ratificamus Literis hijse nostris, decernendo eas vim et robur debitum temporibus perpetuis obtinere deber. Quoniam vero forum annale sive Mundina in Oppido prefato Wasicz pro Festo S. Martini Episcopi et Confessoris usu et longa consuetudine sunt introducta Quia tamen ab eodem Generoso Christophero Wasicz nobis humes edocti, Mundinas prefatas ipso die prescripto celebrari solitas commode agi et haberi illic non posse. Supplicavitque Nobis humiliter et pro eodem Curi Consiliarij nostri ut illud ipsum forum annale in aliud tempus transferre et transponere atque temporibus perpetuis celebrand instituere dignaremur. Quorum Supplicationibus annuendo, forum ipsum, quod ut predictum est singulis diebus S. Martini Episcopi celebrari consueverat, ad diem Festum Divo Michaeli sacrum transponendo et instituendo duximus, transponimusque et instituimus prafert Literis annis singulis celebrand temporibus perpetuis In cujus rei fidem &c

Datum Petricovia in Comitijs Regni

generalibus

generalibus. Die vigesima Decembris, Anno et presen quibus supra.

Relatio ut supra

Consensus Nobili Alberto Brumowski datus ad redimend duos mansos agri in villa Sowsino et Districtu Florend sitos, in quibus olim sedebant Cmetones videlicet ij Paulus Pardni et Albertus Kosi de Manibus Nobilis Sebastiani Kobierzycki. Litera in forma Cancellaria solita estradita die et anno quibus supra

Approbatio Literarum Liberam ac perpetuam Signorum et arborum ex Sylvis Capitaneatus Zydaczoviens S. Christophori Sasierzynski in se continen.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus ac Significamus ac Exhibi

tas

tas esse Vobis per Generosum Christoph Dasiczynski nostras Literas inferius scriptas Supplicatumque ut eas cum extra Regnum sint date sub data presen Conventus extradi mandare dignaremur. Quarum tenor talis est In nomine Domini Amen, ad perpetuam rei memoriam. Cum ceterarum memorabilium rerum, tum vel maxime libertatis Principum utile est extare memoriam, nos ipsum, ut similis munificentie ipse ceteri ad virtutem et bene de Principibus merendum inviterentur. Seu etiam ut ea ipsa liberalitas, in quos beneficium confertur Literarum durante testimonio possit esse diuturna. Hos igitur Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, necnon terrarum Cuiavie Pomeranie Siradie Lancicie Cuiavie Lubcie Prussie Masovie Samogitie Culmen Elbingen Pomeraniaque ac Domini nus et hæres. Significamus presen Literis quorum Interest universis. Quod Nos ad interpositionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Generoso Christophoro Dasiczynski apud Nos interpositam. Ipsi et omnibus ejus Successoribus ac Colonis et subditis ejus in Oppido

Dasiczino

Wasierino et villa Woshrzepnicza existen po-
testatem inuidendorum arborum ac lignorum quo-
rumvis in sylvis pinetis seu nemoribus ad Capi-
tanealum Zidaczowien villam vero Halipow
spectantibus tam ad edificia quam ad fori usum
dandam et concedendi duximus, uti quidem Damus
et concedimus hisce Literis nostris temporibus
perpetuis. Quoniam vero Capitaneatum nostrū
Zydaczowien Generosus Melchior de Laniow in
certa pecunia summa jure adnitalitatis obtinet.
Declaramus, quod presens concessio nostra atque
ski jam levaverit, et de levatis præfatum
Dominum Radzimiński quietavit, pro=
ut de ejusmodi levatis et quietatione acta
præsen superiora latius disponunt, et hu=
ic levationi et quietationi per uxorem
factis, dictus Mathiäs Orlesza tanquam
tutor uxoris suæ præfatæ consentien præfa=
tum Dnum Radzimiński ea parte sua ore=
tenus expresse quietavit perpetue. Et quem=
admodum dictus Mathias Orlesa contra=
diendo et impedien hoc idem dacium le=
vatum per uxorem suam in viri conten=
tationis et quietationem uxori suæ facta
actionem ipsi Domino Radziminski de
bonis præfatis Civilibus in judicio Civili
Sloced barnito pro sorte bonorum omni=
um ad uxorem suam spectant intenta=
verat, continuebaturq; actio judiciali pro
cessu per appellationem usq; ad Regiam
Majestatem, quam movit præfatus Ma=

thias Orlepra, in decisionem finali voluis Magestatis Regie causa ipsa pendebat, extunc prefatus Matthias Orlepra recepta contentatione aliquali a Domino Radzimiński prout in judicio recognovit a causa ipsa appellatione, ac a forte bonorum omnium de dictis bonis partem suoris sue spectan. Similiter a dotalicio occasione cujusvis in judicio competen, actionis sibi reservarat, libere recepit renuntiavit et prefatum Dominum Radziminski liberum fecit perpetuo. Ita quod Dominus Radzimiński eosdem perpetue in dictis bonis Civilibus immobilibus et alijs mobilibus dotalitis debet haben et posteri sui debent pacem perpetuam. Et actis Scabinorum Civitatis Slocen et sub Sigillo ejusdem extractum. Tertij actus tenor est iste. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Sabbatho post Dominicam Conductus Paschs proxime, Coram famatis Jacobo Czurilo protune Advocato, Alberto Cofznik Pastore, Joanne Golamb Scabinis Juratis Civitatis Slocen personaleter constitutis famatis Domina

Dorothea

Dorothea Tomkowa, Mater olim Domine
Anne Radziminska Consors Nobilis Domini
Baltasaris Radziminski; nec non Margare=
tha Consors Mathie Lettko et Getrudis filia
prenominate Domine Dorothee Tomkowe,
Sorores vero germane famate olim Domi=
ne Anne Radziminska vita functa, nec=
non Helizabet Uxor Petri Caldeatoris Mar=
gareta Lethowa primi matrimonij filia
legitima premortue vero Domine Anne
Radziminska Sororina sano utroq; spiritu
assistend palam recognoverunt, et per expresse
fasse fuit, quia non recedend immo approban
ratificand reformationem et inscriptionem
omnium bonorum inter Nobilem Domi=
num Baltazarum Radziminski et consortem
ejus prefatam olim Dominam Annam in
vim contentationis et satisfactionis pro
parte earum in vita utriusque ultimo fa=
ctam percoperunt, numeraverunt, et ma=
nualiter levarunt, ac quelibet earum reco=
gnovit, ad partem suam recepisse levasse
ac totaliter plenarie percepisse, a prefato
Nobili Domino Baltazaro Radziminski
tam parata pecunia, quam in vestibus ju=
xta quod in ipsa reformatione unicuiq earum
specifice, expresse, distincte consignatum et
descriptum

descriptum existit. Propterea, quod prædicte
omnes Partes supra expresse, et qualibet ea-
rum divisim de satisfactione plenaria de
et pro omnibus bonis mobilibus et immo-
bilibus hic in Civitate Sloven et extra ipsa
Sloven Civitatem habitis, possessis, et con-
sistent, auri, argenti, Stanni, Domo braca-
toria, ac de omnibus propinquitatibus devo-
lutionibus, deque dotalitio sortem olim pre-
nominate Domine Anne spectant et perti-
nent prefatum Dominum Baltazarum Ad-
drimitski quietaverunt et in antea per-
petue, pacificant ipsum in possessione paci-
fica dictorum bonorum omnium mobilium
et immobilium perpetue et in evicum. Ex
actis Scabinorum Civitatis Sloven et sub
Sigillo ejusdem extractum. Nos itaq' Sigis-
mundus Augustus Rex prefatus Supplii-
cationi prefati Venerabilis Pauli a Ma-
holin Abbatis Sloven, pro parte prefati A-
dami Adriminski penes nos coram Nobis
stantis Nobis facto benigne annuen pre-
insertos tres actus in omnibus et singulis
punctis clausulis articulis approbandos,
ratificand, et confirmandos duximus, pro-
ut auctoritate nostra Regia approbamus
ratificamus

ratificamus, et confirmamus. Decernen omnia et singula in eis contenta robur firmum et per petuum habitura perpetue et in evum. In= cujus rei fidem &c. Datum ut supra

Relatio

Approbatio Literarum venditionem villarum in= frascriptarum, Suwezebna Lokitnicza, Janowo, Lenithe, per Divum olim Cazimirum Legem factam in se continen.

In nomine Domini amen

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis= mundus Augustus Dei gratia Rex Polo= nie Magnus Dux Lithuanie, nec non ter= rarum Cuvie &c Significamus &c Exhibi= tas esse Nobis nomine Generosi Valeriani Vexilliferi Debrzynen et Leonardi, Georgij ac Joannis Lokitnierzkich Literas nostras in= fenius scriptas ad Annum: Missa, in Lithua datas. Supplicaturmque ut eas cum extra

Tenorem

Regnum feint data sub Data præsen Con=
ventus ostradi mandare dignaremur. Qua=
rum tenor de verbo ad verbum sequitur talis.
In nomine Domini amen, ad perpetuam rei
memoriam. Nos Sigismundus Augustus
Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithua=
niæ nec non Terrarum Cracovie Sendomi=
riæ Siradiæ Lanciciæ Cuiaviæ Lubcis Pruf=
siæ Masovie Samogitiæ ac Dominus et ho=
res. Significamus præsen Literis quorum
interest universis. Productas esse coram No=
bis Literas Privilegij infrascriptas nomine
Generosorum Valeriani Vesilliseri Dobrzinen
atq; Rotmagistri peditum nostrorum, Leo=
nardi, Gregorij, et Ioannis Lokcitnickich,
venditionem perpetuam eorum bono
per Divum olim Casimirum Polonæ Regem
Prædecessorem nostrum desideratissimum in
se continen salvas et integras. Supplica=
tumque Nobis esse ut eas auctoritate nostra
Regia approbare ratificare et confirmare di=
gnaremur, quarum tenor est hic. In no=
mine Domini amen. Cum venditiones
emptiones, Contractus quotacunq; nul=
lum robur firmitatis valeant obtinere
nisi

nisi Scripturis authenticis et testimonio fide=
dignorum ad perpetuam memoriam revolven=
tur, ea propter noverint universi presens et
posteri ad quorum notitiam devenerit pre=
sens scriptum, Quod Nos Casimirus Dei Gra=
tia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie
Sendomirie Siradie Lancicie Cuiavie Pome=
raniq' Dominus et hæres. Ductus commu=
ni et utili nostri Regni necessitate, Nobili
viro Petro de Brupina nostro fideli bona et
possessiones seu villas ad nostrum dominium
pertinent, nulli alij in aliquo obligatas in
terra Dobrzynen et Districtu Lenitem jacen,
jure theutonico locatas, videlicet Swedzebna,
Polcirzeza, Janowo, Renithe, cum omnibus
fructibus, redditibus, censibus, agris, pratis,
aquis, Silvis, borris, mellificijs, pascuis, me=
ricis, quercetis, rubetis, piscinis, molendinis,
lacubus venationibus ferarum et avium,
in circumferentijs villarum predictorum ac
universis utilitatibus que nunc ibi sunt,
vel esse poterunt in futuro, prout eadem
bona seu ville superius nominate in suis
metis et terminis, limitibus granicijs
habentur, et omnibus pertinen ab anti=

quo

quo spectant, et cum toto jure utilitate,
dominio et fructu libere, prout soli tenui-
mus, pro quingentis marcis grossorum,
quadraginta octo grossos pro qualibet mar-
ca computatis vendidimus, et vendenda
confirmus per presentes prefato Petro
et per eum suis veris heredibus et Succes-
soribus legitimis perpetuo, jure hereditario
tenenda, haben, venden, commutanda,
donanda, ac possiden, pro sua suorumq; po-
sterorum voluntate convertenda, nostro
tamen consensu ad id specialiter accedente.
Preterea considerantes grata Regnoq; nostro
utilia obsequia, quibus se idem Petrus mi-
les complacitur nostre Regie Majestati
Civitatem et Castrum seu fortalitium in
premissis bonis hereditariis erigere et
superedificare pro suo commodo admitti-
mus gratiose. Ceterum adjicimus quod
prefatus Petrus tempore querarum ad
Castrum suum, quod in predictis bonis
bonis locabit homines nostros, quos ad
querandum contra hostes nos et nostra
Dominia invadere nolen dispositeramus.
Ipse suiq; Successores intromittere absque

contradictione

contradictione qualibet tenebuntur et cum
eisdem Nobis nostrisq' Successoribus assista=
re fideliter et fide bona. Igitur ut merita
meritis compensentur. Volumus ut pra=
dictus Petrus et sui Successores de bonis
prenominatis ad expeditionem quamlibet
generalem simul cum nostris terrigenis
cum quatuor galleatis hominibus in equis
et armis decenter ornatis servire tenean=
tur suis damnis sumptibus et expensis. In=
super in favorem dicti Petri Militis duxi=
mus concedendum quod incole villarum
predictarum non ad alias solutiones ar=
tabuntur, quam solummodo cum pro no=
stra necessitate in terra Dobrzynen au=
data collecta imposita fuerit generalis.
In quorum omnium testimonium et evi=
dentiam pleniorem presen dari fecimus
nostri Sigilli munimine roboratas. Da=
tum Cracovie feria sesta infra octavas
Assumptionis Beatissime Virginis Ma=
rie gloriose, Anno Domini Millesimo
trecentuagesimo quinquagesimo sesto.
Presen ijs testibus Nobilibus Viris Dominis

nostris

nostris fidelibus Daczbogine Palatino
et Capitaneo Ploren, Joanne Woynicen,
Janusio Sandecen, Joanne Capitaneo Do-
brynen, Petro dicto Bgon Castellano, An-
drea Cullamerario Cracovien et alijs
multis fidedignis. Datum per manus
Domini Joannis Prepositi Gnesnen Can-
cellarij Nostri, ac Doctoris Decretorum.
Nos igitur Sigismundus Augustus Rex
prefatus Supplicationi prefate benigne
annuen Literas Privilegij superscriptas
approbare ratificare et confirmandas du-
ximus, approbamusq confirmamus et ra-
tificamus, decernen presen Literis nostris
eas robur debite et perpetue firmitatis
obtinere deber. Haben preterea ratione
servitiorum ipsius Generosi Valeriani Lo-
sinniczki, quibus se Nobis tum Serenissi-
mo olim Patre nostro in re militari non
vulgariter commendatum reddidit, tum
ad intercessionem Consiliariorum nostrorum
pro illo ac Illius Nepotibus prefatis Leo-
nardo videlicet Georgio et Joanne Losini-
ex hac interposita ab ipsis Successoribusq
illorum quo ad interesse illorum necessi-

tatem

tatem requirendi nostri seu Successorum no-
stronum consensus ad venditionem com-
mutationem seu alienationem dictorum
bonorum, quamvis justa placitum suum
privilegio originali in eos impositam tol-
lendam et abrogandam duximus, tollimusq́
et abrogamus Literis hisce nostris tempori-
bus perpetuis neque eos et eorum Succesco-
res ad requisitionem consensuum ejusmo-
di deinceps obligatos esse volumus, et pre-
sen decernimus. In cujus rei fidem et testi-
monium Sigillum nostrum presen est ap-
pensum. Datum ex Castris nostris ad amnem
Mlepa in Lithuania, die Sedecima Septem-
bris. Anno Domini Millesimo quingente-
simo quinquagesimo septimo. Regnorum
XXVIII. Presen Lndo in Christo Patre Ma-
gnificis Venerabilibus et Generosis, Domino
Joanne Przerembski nominato Episcopo
Chelmen et Regni nostri Vicecancellario,
Luca Comite de Gorka Brzesten ac Busen
Gnesnen Colend Capitaneo, Joanne de Mie-
licz Podolie Supremo Ini nostri Marsal-
co et Exercitus nostri Polonici in Expeditio-
ne hac nostra generali, ac Prodecen Capita-
neo, Joanne de Dambrowiera Belzen et

Capitaneo

Capitaneo Cazimirien, Alexandro Glowski
Ploren, Ioanne a Dzialin in Brathian he=
rede Culmen et Capitaneo nostro Lipnen,
Fabiano Czema Pomeranie ac Tucholien
Scarpadien[ij] nostro Capitaneo Palatinis
Ioanne Comite in Tharnow Wojnicien et
Capitaneo nostro Sendomiriens, Erasmo de Cre=
thow Gnesnen et Capitaneo nostro Pizdren,
Ioanne de Sluzewo Brzesten, Horiano Le=
bzypowski Sublinen, Ioanne Sierakowski
Sandom Curie nostre Referendario et Capi=
taneo nostro Priedecen. Alberto Czarnko=
wski Przemen et Capitaneo nostro Costen,
Ioanne Starzechowski Przemisliens et Capi=
taneo nostro Drohobicen, Martino Zboro=
wski Kruzinen, Stanislao Wolski de Pod=
hayce Brzezinen, Stanislao de Wola Po=
chazrovien et Capitaneo nostro Crostinen,
Felice Aneto Dzierzgowski Ciechanovien
Castellanis, Philipo Padniewski Archidia=
cono et Canonico Cracovien Præposito
Sendzivien et majori Regni Secretario, An=
drea Comite a Gorka Walen Gnasnen
Colend[ij], Stanislao Salalski Comite in Sa=
bbsin Knowlad[ij]slavien Capitaneis, Nicolao
Trzebuchowski Cubiculi nostri Præfecto ac

Brzesten

Brzesteń Kuiaw. Sloviend Capitaneo,
Stanislao Ligęza Pościllatore Regni nostri
ac Leopolien. Crzepicen. Thiszowicien. Ca=
pitaneo. Stanislao Mischowski de Mirow
Structore mensae nostrae ac Mariemburgen.
Latrend. Capitaneo, Alberto Cristi Secre=
mario Sloczen. et Capitaneo Nostro Dobrzi=
nen. Stanislao Ostroróg de Scrzowek Mie=
drzyzecen. Capitaneis, et alijs quam plu=
rimis officialibus et Aulicis nostris cisa
premissa audiens. Datum per Manus pre=
fati Andi in Christo Patris Domini Joan=
nis Przerembski, Nominati Episcopi
Chelmen. et Regni nostri vicecancellarij
syncere Nobis dilecti. Joannes Przerembski
R.P. Vicecancellarius ut. Relatio Reveren=
di in Christo Patris Domini Joannis Prze=
rembski Nominati et Regni nostri Vice=
cancellarij. Nos itaque Supplicationi ejus=
modi annuen. literas nostras superius scri=
ptas sub data praesen. Conventus extradi
mandavimus, roburque firmum ac per=
petuum habere decernimus. In cujus rei
fidem &c. Datum ut supra.

Relatio

Confirmatio

Confirmatio Literarum Divi
Olim Sigismundi Legis do=
nationem Piscine aggeris et
Lippe in villa Medow in se
continen.

Sigismundus Augustus &c

Significamus &c Exhibitas espe Nobis Divi
olim Sigismundi Polonie Legis Paren=
tis nostri desideratissimi Literas in Pargame=
no scriptas, et sigillo appenso majori ejus=
dem Majestatis communitas et obsignatas
sanas salvas et integras nullaque ex parte
suspectas, donationem Piscine, aggeris et
rippe in se continen. Supplicatumq est
Nobis ut eas autoritate nostra Regia ap=
probare ratificare et confirmare dignare=
mur. Quarum tenor sequitur et est talis.
Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Ma=
gnus Dus Lithvanie Russie Prussie Ma=
sovie &c dominus et hæres Significamus
tenore præsen quibus expedit universis. Quia
cum Generosus Matias Gambiczki Tribu=
nus Tidaizoviend teneat et habeat a Pra=
decessoribus suis hereditarie et gratia et
donatione Predecessorum nostrorum antiqui=
tus

tus et a multo tempore pisinam in Pil=
la sua Medow, ad alia bona sua hereditа=
ria Curopatriki nuncupata pertinentem,
in summitate ville Budilow in fluvio
Strippa constructum, una extremitate
aggeris sui rippa ejusdem fluminis bo=
norum nostrorum, quæ Grodzieizki et Jau=
rowski Brzeg appellantur attingentem,
et antea Nobis declarasset eandem Pisi
nam eadem extremitate rippam bono=
rum nostrorum Corlow attigisse, quia ta=
men Nos eadem bona Corlow à Nobis
ex donatione abalienavimus, et ipse me=
tuis in hoc electus Nobis declarasset ean=
dem Pisinam, non obstante eo, quod quæ=
dam loca eorundem bonorum Corlow ei=
dem rippæ sunt vicina, tamen eam
non hæreditatem ville Coslow, sed rippas
Grodzieizki et Thaurowski appellatas atti=
gisse, Supplicavitq' nobis per medium
non nullorum Consiliariorum nostrorum,
ut ei gratiam in donand eisdem rippis quem=
admodum antea in rippis bonorum Co=
slow faceremus etiam ostendere dignaremur.
Nos vero ad intercessionem eorundem Con=
siliariorum nostrorum, quam pro eodem

Mathia

Matia Gambierzki fecerunt inclinati; pro=
videre voleñ, ne quæ in posterum difficultas
sibi aut ipsius Successoribus ratione præ=
dictæ piscinæ et aggeris ejus ab officiali=
bus et Tenutarijs bonorum nostrorum præ=
dictorum eidem piscinæ adjacenñ accidere,
vel ipsa donatio Predecessorum nostrorum
violari, neve Matias Gambierzki in usu
et possessione tam diuturnæ præfatæ pi=
scinæ aggeris et rippæ per hoc impediri,
et turbari possit, vel sui Successores pos=
sint, si ipsæ rippæ Predrierzki Thaurowski
quibus ex antiquo et præmissum est aggeri
prædictæ piscinæ adjaceat, eidem Matiæ
et Successoribus suis adimeretur, consenti=
endum et permittendum duximus, consen=
timusq; et permittimus per præsen, quod
Rippæ prædictæ Predrierzki et Thaurowski
in ea parte ubi illis extremitas aggeris
prænominatæ piscinæ contiguo adjacet, in
potestate et proprietate præfati Mathiæ Gam=
bierzki et ejus legitimorum Successorum per=
petuo remaneat, et a piscina prædicta ab
ejusq; aggere auferri et alienari non debe=
ant, nec possint. Quam quidem piscinam
una cum aggere suo ipsi Tenutarij et Offi=
ciales

ciales bonorum nostrorum dicta pissina
adjacen, qui fuerint tempore, ita relinquere
debent, ut a principio seu ab antiquo fuit
constructa, ac reparari illam ac restaurari,
prout et quotiescunque necessitas exposet,
permittent libere et sine quovis impedimen=
to ac contradictione per ipsum Matiam
Zambrzki et ejus Successores et permittere
tenebuntur prograția nostra aliter non fa=
cturi. In cujus rei fidem et testimonium Sigil=
lum nostrum presser est appensum. Datum
Cracovie feria sexta ante Dominicam Cru=
ci Quadragesimalem proxima, Anno Dñi
Millesimo quingentesimo trigesimo Septimo
Regni vero Anno 31. Ioannes Episcopus Sloven
et Regni P. Cancellarius spt. Relatio ejus=
dem Reverendi in Christo Domini Ioannis
Episcopi Sloven et R.P. Cancellarij. Nos itaq
Sigismundus Augustus Rex prenominatus
Supplicationibus quorundam Consiliariorū
nostrorum uti justis benigne annuen Literas
preinsertas auctoritate nostra Regia rati=
ficandas approbandas et confirmandas du=
ximus, easq presser in earum puncti
dauſulis, articulis, sententijs et conditio=

nibus

nibus, approbamus, ratificamus, et con=
firmamus, decernen eas omniág et singu=
la in eis contenta robur debito et perpe=
tuæ firmitatis obtinere deben, perpetuo
et in evum. In cujus rei fidem et Datum
Petricovie in Conventione generali Regni
penultima Die Decembris. Anno Domini
MDXVIII. Regni vero nostri 28.

Relatio cujus

Confirmatio Actus, Testa=
mentum Nobilis olim
Baltazaris Ladźimiński
in se continen continens.

Sigismundus Augustus et
Significamus et Exhibitum esse coram Nobis
per Venerabilem Paulum a Małgolin Abba=
tem Canonicum et Officialem Plocen Tuto=
remq et Curatorem Nobilis Adami Ladzi=
mińskí actum in scriptum sub Sigillo Sa=
binorum Civitatis Plocen extractum testa=
mentum Nobilis olim Baltazaris Ladzi=
mińskí coram eodem officio Scabinali Ploce
Factum

factum inse continend. Supplicavitq' Nobis
idem Venerabilis Abbas Plocen nomine
prefati Adami Sadzieminski, ut eum au=
ctoritate nostra Regia approbare, ratificare,
et confirmare dignaremur. Cujus tenor sequi=
tur et est talis. Anno Domini Millesimo quin=
gentesimo quinquagesimo Secundo, feria se=
xta in Crastino Ascensionis Domini proxi=
ma in prætorio Civitatis Ploren in judicio
Particulari Barnito exposito celebrato per
famatos Albertum Puliński Advocatum,
Albertum Kosznik, Joannem Pula, Marti=
num Gasparis, Gasparem Sellatorem, Jo=
annem Golamb, Paulum Wronski, Alber=
tum Garawek Joannem Bunitkowski Sca=
binorum in eodem Judicio assiden, ac in pre=
sentia Nobilis Alberti Janiszewski de Szior=
ki Vicecapitanei Ploren, coram quo judicio
Barnito exposito constitutus personaliter Re=
nerosus Dominus Baltazar Sadzieminski
sanus utroq' spiritu existens, bona delibera=
tione maturoq' consilio prehabito obtinens
per sententiam judiciam, quod cum suis bo=
nis mobilibus facere et disponere debeat, aut
possit, secundum beneplacitum sua volun=
tatis hoc condit, condidit testamentum et
ordinationem sue voluntatis, ultimam

spem

spem totam ante omnia ponendo in meri=
to Passionis Jesu Christi animam suam multo
preciosiorem in manus omnipotentis Dei
commendando. Et imprimis prænominatus
Testator sane atque valubriter prospiciens,
ne post mortem suam occasione bonorum
derelictorum differentiæ et Lites orirentur,
dum itaque illi in corpore quies est, tempusq;
locus et etas, facien sibi concediter pro=
pter quod prænominatus Dominus Bal=
tazar Radzeminski in facie Judicij testa=
tus, quod dat, legat legavit ingenuo Ado=
lescenti Adamo Servitori suo hoc videlicet
mobilia ante faciem judicij cum cisticula
allata, in auro argentove continentia. Im=
primis Ducatus portugalicum Decem,
quorum singuli valent aureos ungarica=
les decem. Et item Ducatos Ungaricales
nonaginta in uno sacculo cum Portugalicis
legatos, quorum omnium summa facit
Ducatos Ungaricales Ducentos quinqua=
ginta. Item donat, dat dedit, legat, lega=
vit in vesica specialiter continen Centum
Nonaginta Ducatos Ungaricales eidem A=
damo Servitori suo, quos Reverendus Do=
minus Joannes Lewierki Abbas Crenwe=

nen

ned apud ipsum testatorem in pignore de=
posuit, in summa trecentorum florenorũ
in moneta polonicali, quos apud testatorẽ
in vim vadimonij et pignoris levavit.
Qui postquam ejusmodi trecentos florenos
in moneta prefato testatori seu Commissa=
rijs illius ad hoc deputatis nominatis
solverit, eosdem centum Centum Hona=
ginta Ducatos Hungaricales suos pigno=
re datos accipiet. Item predictus Domi=
nus Testator legavit eidem Adamo Servi=
tori suo pecuniam in tribus Saculis con=
tinen, in primo Sacco florenos in moneta
ducentos duodecim, item in secundo Sacco
florenos in moneta Ducentos, item in ter=
tio florenos in moneta centum viginti,
et item duos cingulos argenteos inaura=
tos et poculum argenteum inauratum
cum apertorio, que propria esse ipsius soli=
ti Domini Testatoris esse reperiuntur, ipsi
Adamo Servitori suo dedit legavit. Item
in parvo Sacculo solidorum antiquorum
Prutenicalium, qui Grlike dicuntur ad con=
flandum aptorum florenos viginti; et item
Talerorum quinquaginta, qui in moneta
faciunt florenos quinquaginta quinque

eidem

eidem Adamo Servitori suo dedit legavit
prœsert sua ordinatione et ultima volun=
tate testamentaria. Jus quidem omnia et
singula mobilia prœfata in auro argento
pecunijs clenodijs, juxta consignaturam et
in cisticulam iterum depositionem, prœ=
nominatus Testator ad observandum pro
legatorio, ad Thesaurum Eccleſiæ Parochialis
Florent, metu tamen in securitatis Depositi,
illud idem Legatum cum cisticula pronomi=
natus Dominus Baltazar testator pro Le=
gatorio tradidit, deposuit, in thesauro Ec=
clesiæ Parochialis Florent. Ad hujus modi itaq;
legatum et legata pronominatus testator
hac sua prœsert ultima voluntate prœdi=
ctum Adamum adolescentem coram et in
eodem judicio astantem fecit, instituit reli=
quit et proprio ore nominavit, post mortem
suam ejus hœredem et posteritatis legitimæ.
Ut autem præmissa omnia et singula debito
executioni demandentur, suumq; debitum
sortiantur effectum, hujusmodi testamenti
seu ultimæ voluntatis pronominatus te=
stator in eodem judicio barneto ex posito
in omni meliori via, jure, forma quibus
melius potuit et debuit, fecit, constituit,

et

et solemniter ordinavit in suos praesen
fuae ultimae voluntatis Executores, et fidei
bonos Commissarios, videlicet Reverendos
et Venerabilem ac famatos, Paulum Mas=
kolin Abbatem S. Alberti in Castro Floren,
Laurentium Zambrzuzki Canonicum Sul=
tovien Praepositumque Sancte Catharine
extra muros Floren, Paulum Zochowski
Proconsulem protune Floren, Albertum
Kulinski protune Advocatum, Stanissa=
um Wiecha Consulem, quibus et cuilibet
illorum in solidum dedit plenam aucto=
ritatem potestatem omnia et singula in
dicto testamento expressa contenta, de=
bito modo procurare, exequi, ad effectum
debitae executionis praesen sui testamen=
ti, et pro Notarijs legavit centum floren
in moneta, quos demonstravit illis esse
dandos de minori cista in Tesauro Eccle=
sie Cathedralis Floren depositi in qua
continentur octingenti et quadraginta
floreni in Moneta et Talaris recondita,
Reverendo videlicet Domino Abbati vi=
ginti florenos, Domino Laurentio Zam
brzyckii Canonico et Praepositi viginti
florenos

florenos, Paulo Zechowski quindecim Flo=
renos, Nobili Nicolao Notario septem
cum medio floren. Hæc acta sunt in judi=
cio Civitatis Slocen Anno, die, ut supra.
Præsentibus ibidem juratis judicij ejusdem
et alijs Civibus quam multis cum pre=
missa testibus. Quem quidem actum supra=
scriptum Nos ad instantem Supplicatio=
nem præfati Sauli Abbatis Slocen tuto=
ris et Curatoris ac ipsius Adami Radzimin=
ski auctoritate nostra Regia approban
ratificand et confirmand duximus, prout
in omnibus et singulis punctis clausulis
articulis et conditionibus approbamus,
ratificamus et confirmamus præsen. De=
cernen omnia et singula in eo contenta
robur firmum et perpetuum habitura, te=
nore præsen mediante. Dantes insuper pre=
fato Adamo Radzimiński plenam et o=
mnimodam potestatem de bonis præfatis
in præinserto testamento illi legatis, quan=
tum nostra interest, juxta arbitrium suum
disponend. In cujus rei testimonium &c
Datum Petricovie in Conventione Jenera=
li Regni Die XXX Decembris. Anno quo
supra.

Relatio ut supra.

Exemptio

Exemptio Bonorum Monasterij Florend Villæ videlicet Darnow et Jurisdictionis Terræ Lavend et incorporatio Terræ Cirnend

In nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Omnia quæ humana habentur, sic superis volentibus, fluxa sunt et caduca obliviique obruuntur, nisi literarum adminiculo æternitati ac posterorum memoriæ fuerint conservata. Proinde Nos Sigismundus Augustus et Significamus ac quia delatus ad Nos Venerabilis et Religiosus Paulus à Malcolen Abbas Canonicus et Officialis Generalis Florend suo et monasterij Sci S. Adalberti Ordinis Divi Benedicti in Ara nostra Florend nomine, quod etsi bona prædicti Monasterij circa fluvium Silcra sint sibi invicem ita proxima et contigua, ut una et eadem ipsorum bonorum universitas ipse videatur, tamen quia unica dicti monasterij villa Darnow nuncupata penes fluvium Mogilnicza dictum

multos

multos Districtus limitanta sitta, ab alijs
dicti Conventus et Monasterij bonis, penes
eundem fluvium in terra Cremen Distri=
ctusq' Prodecen consistem disjuncta est, et
ad terram Lawen Districtumq' Bialon per=
tinet, in eo sese et monasterium suum, atq
Incolas dicte Villa Darnow plurimum gra=
vari questus est, quod ipsorum bonorum
et villarum uno in loco constituatarum
ratione ad diversos Districtus diversaq Iu=
dicia uno eodemq tempore sepenumero
trahuntur, non sine sua et monasterij sui
atque dictorum Incolarum Monasterij in=
genti difficultate et jactura. Dum enim
in uno Districtu causam suam agunt vel
defendunt, in alio eorum cause ob ipsorum
absentiam graviter periclitantur. Proin=
de Nos paci et commoditati dicti mona=
sterij pro nostra Regia pietate quam Ec=
clesijs et Monasterijs eorumque personis
majorum nostrorum exemplo libenter
impartimur consulere, volen de unanimi
Senatorum nostrorum et Equestris Ordinis
Functiorum consilio voluntate et consen=
su predictam villam Darnow cum omni=

bus

bus alijs bonis adhæred, ac Ineolis ac o=
mni proprietate dominio fructibus et ob=
ventionibus ejus universis, ac limitibus
atque universis causis in quocunque Judi=
cio hactenus motis et movendis indecisis
et pended, in terra Laved et Districtu Bia=
led existed, ab omni jurisdictione tam
Castri et terræ nostro Laved, quam Di=
strictus terrestris Bialed, et ab omnibus
Judicijs Officij Castred, terrestribus collo=
quijs, generalibus, et quibusvis alijs ordi=
narijs et extraordinarijs, quorumcis Judi=
cum in ipsa terra Laved et Districtu Bia=
led nunc et in posterum fieri solitis ac
alijs angarijs et juridico processu quo=
cung' nomine censeatur eximimus et
liberam facimus, eandemg' villam cum
suis adjacentijs et limitibus omnibus
eorumque decisione ad Terram Cremed
et Districtum Prodecen Ducatus Maso=
vię quo ad jurisdictionem et judicia trans=
ferimus et incorporamus perpetuo et in
eorum, ita quod deinceps Abbas et Conven=
tus Plocen, Ineolæ Damow pro tempore
existen ad nullum judicium, quod in Castro
terrag

terraque Laverd et Districtu Bialerd exer=
cetur nullis de rebus sive causis tam ma=
gnis quam parvis, Civilibus et Crimina=
libus, ad officij seu Capitanei aut fisci,
seu cujuscunque alterius hominis, cujus=
cunq; sit gradus status et conditionis citari
seu evocari possint, neque quispiam eorū
possit. Citati vero in Castro et terra Laverd
Districtuque Bialerd nemini respondere,
neque aliquas pœnas propterea quicum=
que et solvere tenebuntur, neque quispiam
eorum tenebitur. Ad terram autem Czer=
nerd et Districtum Grodecend omnibus de
rebus et injurijs in omnibus Judicijs, ita
ut jus ipsum declaraverit respondere et se
justificare, agere vel defendere tenebuntur
perpetuis futuris temporibus. Salvis ta=
men tributis nostris publicis, quæ in
universum a Vobis in defensionem Re=
gni nostri decernuntur. Quibus Ab=
bas et monasterium ejus atque Incolæ
ville Darnow Questoribus in terra La=
verd pro tempore constitutis more alio=
rum ejusdem terræ Incolarum respondē=
re tenebuntur. Proinde Vobis omnibus

in universis

ri universum Iudicibus in Castro et Terra
Lawen Districtuque Bielen nunc et in po=
storum constitutis quacunque auctoritate
fungen et functuris districte precipimus,
ita omnino haber volen, ut nullo deinceps
Abbatem et conventum ejus Floren, Incolas
ville Darnow Citationes, sive ad nostri In=
stigatoris vel officij Castri sive cujuspiam
alterius instantiam quovis colore decernere,
vel aliqua decreta seu penas in illos ferre au=
deatis neque quispiam vestrum audeat,
sub pena centum Marcarum pecunie per
Vos ipso facto toties quoties contra pre=
miss a aliquid feceritis succumbenda, et
ipsi Abbati et Conventui suo in primo tan=
quam peremptorio termino irrevocabili=
ter exolvenda, ac nihilominus processum
quemcunque feceritis et penas quascunque
decreveritis irritamus, ipsumque Abbatem
et Conventum ejus Floren ac Incolas vil=
le Darnow ab omnibus actionibus de=
cretis et penis vestris absolvimus et libe=
vos facimus perpetue et in eorum tenore
presen mediante. In cujus rei fidem et te=
stimonium Sigillum nostrum presen est

<u>appensum</u>

appersum. Datum Petricovie in Comitijs generalibus Regni Die Ultima Decembris. Anno Domini MDLVIII. Regni nostri XXIX.

Relatio Reverendi in Christo Patris Domini Joannis Przerembski Nominati Episcopi Chelmen et S. Poloniae Vicecancellarij

Annus Domini Millesimus Quingentesimus Quinquagesimus Nonus feliciter inchoatur.

Avitalitas Magnifici Nicolai Trzebuchowski Castellani

lani Gnesnen: ac. super vil=
lam Thuczno.

Sigismundus Augustus
Significamus præsen: Literis quorum inter=
est universis Quod cum Magnificus Nico=
laus Trzebuchowski Castellanus Gnesnen
Cubiculi nostri Præfectus Burgrabius Cra=
covien ac Brzesten Dobrzynen Lelovien q
Capitaneus pro sua in Nos fide et observan=
tia ac in Rempublicam studio. Nolens in
aliquo Reipublicæ Regni nostri et Legibus
statutisq ejusdem contravenire. immo, quā=
tum in ipso sit bonū statum et ordinem in
Republica exoptare, itaque cum a Nobis
pro suis in nos fidelibus et egregijs meritis
villam Thuczno jure perpetuo hereditario
concessam haberet, juri ipse perpetuo hæredi=
tario renunciavit sola adoptalitate contentus
esse volens. Itaque Nos tantam ejus in Nos
fidem ac Rempublicam studium commen=
dantes ac gratam Nobis esse declarare vo=
len, Ipsum Magnificum Nicolaum Trzebu=
chowski in possessione pacifica et usufructu
libero villæ ejusdem Thuczno in Districtu
Kuiavia dictam villam conservandum et re=

per observantiam=

linquendum

linquendum duximus, conservamusq; et re=
linquimus præsert Literis nostris ad vitæ e=
jus usque extrema tempora. Promittent ver=
bo nostro Regio pro Nobis et Serenissimis Suc=
cessoribus nostris, quod illi Villam præfatam
Thuczno nulla quantumvis gravi et ardua
de causa, etiam pro filii mensæ coquinæ aut
alio quocunque tam nostro quam publico
commodo et necessitate non adimemus, neq;
Successores nostri adiment, verum illum in
villa suprascripta cum omnibus ad eam
ex antiquo pertinen, quieto ultimi quam=
diu vixerit permittemus et Successores no=
stri permittent. Si quid aut in contrarium
a Nobis factum aut cuipiam concessum fue=
rit, illud præsert tollimus cassamus et ab=
rogamus nulliusque roboris et momenti
futurum pronunciamus. Post mortem vero
ipsius Magnifici Nicolai Trzebuchowski
Castellani Gneznen villa præfata Thuczno
possessis ad nos et Successores nostros redi=
bit et devolvetur pleno jure. Incolis nostris
semper salvis ibidem manen. In cujus rei
fidem et testimonium Sigillum nostrum
præsert est appensum. Datum Petricovie

in

in Comitijs Legni generalibus, feria secun=
da in Crastino circumcisionis Domini pro=
xima Anno Domini MDXIX. Legni vero
nostri Anno XXIX.

Relatio Reverendi in Christo
Patris Domini Joannis Prze=
rembski Nominati Episcopi
Chelmen Archiepiscopatus Gne=
snen Coadjutoris ac S.S. Secreta=
rellarij.

Eodem tempore super eande
Villam Thuczno Magnifici
Theodore Bohusowna ejusdem Magnifi=
ci Nicolai Trzebuchowski uxori similis
advitalitas mutato tantummodo exordio tali.
Quod Nos gratiam nostram in Magnificum
Nicolaum Trzebuchowski Castellanum Gne=
snen et pro ejus in Nos egregijs et aspectis
meritis testatam facere volen, cujus Conjugem
Magnificam Theodoram Bohusowna
possessione pacifica et usufructu libero villa
nostra Thuczno et data

Relatis cujus supra

Confirmatio Literarum inscriptarum pro parte Oppidanorum Thuchowie=censium.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie et Significamus presentibus Literis ac Quia exhibite sunt coram Nobis Littere infrascripte Serenissimi olim Domini Wladislai Jagellonis Regis Polonie Attavi nostri desideratissimi in carta pecorina scripte, Sigillog Sue Majestatis in cordula serica appenso communite. Privilegium Oppidi nostri Thuchowiz in se continens Supplicatumque est Nobis per certos Consiliarios nostros nomine Proconsulis Consulum totiusque communitatis prefati Oppidi Thuchowiz, ut illas propter earum vetustatem quo alioqui in magna sui parte jam attrite, sunt, innovare, authoritatoq; nostraq; ratificare et confirmare dignaremur Quarum tenor est iste. In nomine Domini Amen.

Ad approbare=

Ad per=

Ad perpetuam Dei memoriam. Quia tam
multis errorum et dubiorum prudenter
occurrimus incommodis, dum gesta status
nostro Literarum apicibus et testium anno-
tatione perhennamus, ne lapsu temporis
evanescant. Proinde Nos Wladislaus Dei gra-
tia Rex Polonie nec non terrarum Cra-
vie Sandomirie Siradie Lenicie Cuiavie
Lithuanieq Princeps Supremus, Pomera-
nieque ac Lupie Dominus et hæres. Si-
gnificamus tenore presen quibus expedit
universis presen et futuris presen Notiti
am habituris. Quomodo inter alias sollici-
tudinum curas, quæ Regio Culmini incum-
bunt quotidie illud præcipuum medita-
mur, qualiter Regnum nostrum Polonie,
cujus Nos cura quotidie sollicitat, cui faven-
te gratia altissima feliciter presidemus,
tempore felicis nostri regiminis utilia in-
crementa se sentiat recepisse locaque
ipsius vasta et inhabitabilia atque fru-
ctifera convertamus, ut inde Nobis com-
moda atque grata obsequia subsequantur.
Propter quod attendens fidelium obsequio-
rum constantiam, quibus Nobis Stre-

Canimirus

Canimirus de Cunradzicze Miles no-
ster dilectus complacere meruit et compla-
cebit plus aucta fide prestantius in futu-
rum. Horum intuitu volentes illum ad
hujusmodi servitia nostra reddere promptio-
rem, ad instantes petitiones illius villam
ejus Thuchowiez in terra Lucovien situa-
tam in Civitatem transformamus, quam
ex nunc eodem vocabulo Thuchoroiez vo-
lumus nuncupare, Jusq Civile Theuloni-
cum Maydeburgen eidem Civitati concedi-
mus perpetuis temporibus duraturum,
omnia jura Polonicalia modos et conse-
tudines universas removen in eadem quo
ipsum Jus Theutonicum plerumq' conseverant
perturbare. Decimimus insuper et perpetuo
liberamus Advocatum nec non omnes et
singulos cives, et quosvis dicte Civitatis
Incolas, ab omni jurisdictione et potestate
omnium Regni nostri Palatinorum Castel-
lanorum Capitaneorum Judicum Subjudi-
cum et quorumvis Officialium et Ministe-
rialium eorundem, ut coram ipsis aut i-
psorum aliquo pro causis tam magnis quam
parvis, puta furti, incendij, homicidij, mem-

brorum

brorum mutilatione, et quibusvis alijs
enormibus excessibus citati minime re=
spondebant, nec aliquas penas subire tene=
buntur, sed tantum dicto Civitatis Cives
et quivis Incola coram suo Advocato qui
fuerit pro tempore, Advocatus vero coram
dicto Canimito et ipsius Successoribus aut
coram Nobis vel Iudice nostro generali
dum tamen per Literam nostram Sigillo
nostro Sigillatam coactus fuerit et cita=
tus et hon si in reddend justitia negligens
foret et remissus, tunc non aliter quam
suo jure predicto Maydeburgend de se que=
rulantibus respondere sit astrictus. In cau=
sis autem Criminalibus et Capitalibus
superius expressatis Advocato in metis
et granicijs predicte Civitatis judicand
sententiandi; puniend, corrigend plecten
et condemnand plenam damus et omni=
modam tenore presen concedimus facul=
tatem, prout hoc ipsum jus Theutonicum
in omnibus suis punctis, sententijs condi=
onibus, articulis et clausulis postulat et
requirit. Ut autem prenominata Civitas
Thuchowiez hominum plenitudine eo ci=
tius valeat collocari et conditionem re

cipere

ciper meliorem, forum Septimanale viriqu=
lis ferijs quintis, forum vero annale bis in
anno, Primum videlicet in festo Marie Ma=
gdalene, Secundum in festo S.ti Galli Confe=
soris pro qualibet vice per trium dierum
spacium continuando indiximus et sta=
tuimus perpetue celebrandum in eadem
dam et concedem omnibus et singulis Mer=
catoribus et cujuscunque status et condi=
tionis existant, hominibus ad hujusmodi
fora Septimanalia et annalia ut præfer=
tur bis in anno ab undecunque venient
et venire volentibus plenam et omnimo
dam facultatem, ut valeant atq' possint
res ipsorum et mercantias cujuscunque
existant generis vel speciei foris ac vendere
emere et res pro rebus disponere et commu=
tare, quibus dispositis vel non dispositis
ad propria cum eisdem redire et reverti
libere et secure impedimento et quavis
foralium exactione cessante. Mandamus
omnibus igitur et singulis Regni nostri
Capitaneis Burgrabijs Procuratoribus et
quibus vis Officialibus et subditis nostris

1007

prefer et futuris, quatenus predicta fora
omnibus feriis quintis septimanalia et
bis in anno annalia singulis annis per=
mittatis et permitti faciatis exercere libe=
re et secure nullas foralium alias tar=
gowe solutiones in ibidem pro Nobis
exigen. Horum quibus Sigillum nostre
Majestatis est appensum testimonio Litera=
rum. Actum Gnesne feria secunda pro=
xima post festum S. Joannis Baptiste.
Anno Domini Millesimo quadringentesimo
tricesimo. Presen Reveren in Christo Patri=
bus Dominis Alberto Gnesnen Archiepi=
scopo et Primate, Stanislao Posnanien, Jo=
anne Chelmen Episcopis, nec non Magni=
ficis et Strenuis Sandivogio de Oskroz Po=
znanien, Andrea de Domaborz Calisien et
Joanne de Suchin Brzesten Palatinis testi=
bus circa premissa. Datum per Manus
Reveren Patris Domini Joannis Episcopi
Wladislavien Cancellarij et Venerabilis Wla=
dislai de Gorow Decretorum Doctoris, Pre=
positi S. Floriani ante Cracoviam Vicecan=
cellarij Regni Polonie vinsere Nobis dile=
ctorum. ad Relationem prefati Andr. Pa=

tris

tris Domini Joannis Episcopi Wladisla-
vien &c. Nos itaque Sigismundus Augu-
stus Ses prænominatus Supplicationi Pre-
fatorum Consilianiorum nostrorum pro
parte prefatorum Proconsulis Consulum
totiusq communitatis Oppidi Thuchowiez
Nobis facta benigne annuend, attendendq
preinsertas Literas licet in aliqua sui parte
vetustate attritas, nullitamen vicio obno-
xias easdem innovand et authoritate nra
Regia approbard ratificard et confirmard
duximus, prout approbamus ratificamus
et confirmamus, decernend eas et omnia
in eis contenta robur firmum et perpe-
tuum habituras, presentium tenore medi-
ante. In cujus &c Datum ut supra

Relatio cujus supra

Recognitio Debiti vide-
licet 90000. florenorum
per Generosum Andream
Dambowski Castellanum
Belzen

Belzen Generosis Joanni
Herborth de Fulstin Castel-
lano Lubaczovien, et Beate
relicte Gnsi olim Christo-
pheri Dembiński, nec non
Caterine G. olim Christophe-
ri Gnoienski relicte facta.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presen literis quorum in-
teresse universis. Quod comparens perso-
liter coram Nobis Generosus Andreas
Dambski Castellanus Belzen Capitane-
usq nostre Grubieszovien villarum Hie-
matycze et Bohuliza hares, recedendo a
terris et Districtibus suis quibuscvis, et se
presen jurisdictioni nostre una cum bo-
nis suis quibuscvis subjicien et incorporan
sanus mente et corpore existens, publice
palam, sponteneé et per expressum reco-
gnovit. Quia Generosis Joanni Herborth
de Fulsthin Castellano Lubaczovien et
Beate relicte Generosi olim Christopheri
Hieronimi Dembienski nec non Cateri-
ne Generosi olim Christopheri Gnojenski
et

et eorum Successoribus, conjunctim et indi=
visim tenebitur ac se presens obligat, pro
festo Nativitatis Domini anni Domini
Millesimi quingentesimo sexagesimi da=
re solvere et in effectu reponere, certi veri
et liquidi debiti summam videlicet Tri=
ginta Millium florenorum pecunie, quem=
libet florenum pro triginta groschos Polo=
nicales computando, et hoc circa acta
Castren Belzen sub vadio similis sum=
me novem millium florenorum pe=
cunie. Casu quod si et inquantum eam=
dem Summam Novem millium flore=
norum pecunie ipsis Castellanis Dem=
binska et Gnojenska aut Cujusvis illo=
rum Successoribus, pro prefato festo Na=
tivitatis Domini anni prefati Millesimi
quingentesimi sexagesimi non persolverit,
ac circa ipsa Acta Castren Belzen realiter
et in effectu non reposuerit, extunc ipsis
hoc ipsum vadium novem Millium flor
pecunie ad solven succumbet aut ejus
Successores succumbent. In qua quidem
Summa principali et in vadio ipsis ex
causa premissa succumbito tenebit ac

se

se una cum suis Successoribus omnibus,
onerat et obligat eisdem Castellano Dem=
brinska et Gnojenska ac eorundem cu=
jusvis Successoribus, in Crastino Ejus=
dem Nativitatis Domini anni prosa=
ti Millesimi quingentesimi sexagesimi
dare realem intromissionem et actualem
pacificamq' possessionem in bona sua he=
reditaria videlicet villas Huniathicze
in terra Belzen et Districtu Grabowni=
cen, nec non in villam Bohuthicze
in terra et Districtu Helmen sitt per Mi=
nisterialem seu Ministeriales illarum
terrarum et Districtuum in quibus ipsa
bona consistunt et hoc sub vadio Sexcen
millium florenorum pecunia. Datague
ipsis aut eorum Successoribus in eadem
bona et villas ac alia omnia bona ad
easdem nullis exceptis penitus perti=
nentia intromissione possessioneq, tene=
bitur ac se presens una cum suis Succesio=
ribus submittit onerat et obligat, eosdem
Castellanum Dembińska et Gnoieńska
ac ejusvis illorum Successores occasione

bonorum

bonorum prefatorum eisdem obligatorũ
et inscriptorum et in possessione eorundem
pacifica et actuali in toto et in quavis
parte a quibusvis personis status sexus
et conditionis cujusvis, nec non ab omni-
bus inscriptionibus et judiciibus propin-
quitatibusq quibusvis, reformationibusq
ac lucris perlucrisq jam perductis et per-
ducendis et generaliter a quovis impedi-
mento judiciario, vel extrajudiciario, tu-
ti defendere evincere eliberare ac ubiq
semper et undiq indemnes reddere bo-
naque ipsa munda liberaq facere toties
quoties ipsis aut eorum Successoribus o-
pus fuerit, sub simili vadio Novem
Millium florenorum pecunie per ipsos
Castellanum Dembienska et Inojenska
aut eorum Successores bona prefata obli-
gata ab acceptione earundem possessio-
ne, videlicet a die Crastina festi Nati-
vitatis Domini anni proxime sequen.
Et a festo Nativitatis Domini anni pre-
fati in defectu exemptionis, et summe
prefate tam principalis, quam vadij
solutionis, ad aliud festum Nativitatis
ℓ Anni 1560 ad aliud festum Nativitatis Dñi Dñi

Domini et sic ab anno ad annum annis
sequen usque ad integram et plenariam
summe prefate solutionem, et bonorum
prefatorum exemptionem, cum omni-
bus ad eadem bona pertinen et quovis
modo spectand, nullis penitus exceptis te-
nen habend possiden et utifruenda. Seu
debet prefatus Castellanus Belzen et ejus
Successores prefatis Castellano Lubaczovien
Dambienska et Gnojeska, et cujusvis illo-
rum Successoribus legitimis in prefatis
bonis obligatis injurian, aut quovis modo
in toto aut quavis parte eorundem tam
per se quam per quasvis subditos subje-
gestas et subordinatas personas possessio-
nem actualem et usufructum eorundem
impedire et perturbare, sub simili vadio
decem octo millium florenorum pecuniis.
Tenebiturque ac presen obligat ipse Ca-
stellanus Belzensis una cum suis Succes-
ribus, Grencrosam Agnethem de Thuczyn
consortem suam legitimam cum duobus a-
micis de linea paterna propinquitatibus
huic ad primos vel secundos terminos Ter-
restres Belzen aut ad primam vel secundam

actorum

10°12a

actorum terrestrium Belzen posetionem,
aliàs quod horum prius in Belz fuerit cele=
bratum, coram actis ipsis personaliter sta=
tueret. Quo si per ipsum aut ejus Successores
statuta, debet recognitione sua personali
super omne jus suum, quodcunque se pre=
tendit in dictis bonis Sluniatiere et Bo=
hutiere haben, videlicet super jus suum
quodcung reformationis ac advitalitis ac
aliud quodcung cum consensu eorundem
amicorum suorum consentire, immo ea=
dem bona munda liberag facere debet a
prefatis Iuribus et inscriptionibus suis
quibusvis si et inquantum se super ipsa
bona estendunt. Quod se facere et suos Su=
cessores obligavit, sub speciali vadio no=
vem millium florenorum florenorum pe=
cuniè. Casu quod si et inquantum in ali=
que premissorum in presenti inscriptio=
ne contentorum et specifice expresso=
rum contravenerit in toto aut in parte
aut ejus Successores contravenerint pro
quolibet premissorum non completorum
speciale vadium ad solvendum cum suis

Iuribus

Successoribus videlicet Summam Novem
Millium florenorum pecunie ad solven
ipsis Castellane Lubaczovien Dambien=
ska et Gnojenska ac eorum Successoribus
succumbet. Quo vadio seu vadijs bona sua
omnia hæreditaria et obligatoria ac alia
quevis in quibuscung' terris et districtibus
consisten nec non Successores suos omnes
onerat submittit et obligat. Pro quo va=
dio aut vadijs ex quacung' causa succum=
bito aut succumbitis vese ipse Castella=
nus Belzen aut ejus Successores ipsis Ca=
stellano Lubaczovien Dembienska et
Gnoienska aut eorum Successoribus con=
junctim aut divisim citare permiserit aut
permiserint ad quodcunque jus terrestre
aut castrens Belzen et Przemisliens ex tunc
citius seu citati recedens a terra et Distri
ctu suis quibuscunq, in judicio ad quod ci=
tabitur, aut citabuntur in primo termi=
no aut peremptorio quem sibi ac suis Suc=
cessoribus semper ubig' fuit ac constituit
peremptorium stare parere respondere ac
pro ipso vadio seu vadijs ex quacunque
causa succumbito seu succumbitis satisfacer
tenebitur

tenebitur et ejus Successores tenebuntur,
eundem terminum primum peremptori-
um, nulla re esquisita nec colore escogita-
to, neque judicialiter neque extrajudicia-
liter vera vel simplici infirmitatibus
neque actione pro majori, legatione et
captivitate intra et extra Regnum, Lita-
ris Legalibus in quemcunque sensum
in contrarium inscriptioni praesen obten-
tis, peste, inundatione aquarum, bello,
colloquijs generalibus vel particularibus,
prona trium marcarum proscriptione qua-
vis motione seu motionibus, ac decreto
seu decretis quibusvis, cujusvis Judicij
ad quod citabitur, tam in accessorio, quam
in negotio principali lato seu latis,
defectu aliquo inscriptionis praesen aut
ad eandem citationis. Et generaliter nul-
lo modo, via, formaque juris differed,
aut quovis modo solutionem ejusdem
vadij aut vadiorum evaden. Immo quic-
quid sibi ipse Castellanus Belzen aut ejus
Successores contra praefatos Castellanum
Lubaczovien Dambienska et Mojenska

aut

aut ejus Successorem recipere voluerit aut
voluerint, in auxilium hoc totum sibi Ca=
stellano Belzen et ejus Successoribus nocere
debet, sibi vero Castellano Lubaczovien Dam=
bienska et Gnojenska ac eorundem Succes=
soribus prodesse. In defectuq satisfactionis
pro eodem vadio seu vadijs in ipso primo ter=
mino peremptorio potentes erunt ipsi Castel=
lanus Lubaczovien, Dambienska et Gnojen=
ska, ac eorundem Successores praefatum Ca=
stellanum Belzen aut ejus Successores
condemnare pro toto in suo lucro, super ci=
tationem seu citationes pro ipso vadio vel
vadijs esquacunque causa succumbito seu
succumbitis, ac si etiam ipse Castellanus
Belzen aut ejus Successores contumaces in
termino extitissent, quo vadio vel vadijs, so=
luto seu solutis ultim inscriptioni praesen
et in omnibus in eadem contentis expressis
et specificatis in toto et in quavis parte,
ipso Castellanus Belzen et ejus Successores
satisfacere tenebitur et tenebuntur, toties quo=
ties ipsis Castellano Lubaczovien Dam=
bienska et Gnojenska aut eorum Successoribus

opus

opus fuerit, et toties quoties se citare per-
miserint, hoc specialiter adjecto, quod spec-
alitas hic expressa non debet derogare gene-
ralitati et econtra generalitas specialita-
ti, sed quicquid obmissum est, specialitate
id in se includere generalitas debet. Qui-
bus omnibus et singulis in presenti inscri-
ptione contentis et specificatis, ipse Castella-
nus Belzen se, successores suos, ac bona sua
omnia onerat. Quam quidem inscriptio-
nem suprascriptam Nos ratam et firmam
haberi, illam in omnibus illius punctis con-
ditionibus et articulis approbare ratificare
et confirmandam duximus, uti quidem ap-
probamus ratificamus et confirmamus pre-
sent decernen eam, robur debite firmitatis
obtinere debere. In cujus rei testimonium
Sigillum nostrum presenti est appressum.
Datum Petricovie in Conventione Le-
gni generali, Feria secunda post festum
Circumcisionis Domini proxima. An-
no Domini Millesimo quingentesimo
quinquagesimo Nono. Legni vero

nostri

nostri Vigesimo Nono.

Relatio Reverendi in Christo
Patris Domini Joannis Przerem
bski Nominati Episcopi Chelmen
Archiepiscopatus Gneznen Coad
jutoris Dni P. Vicecancellarij.

Potestas Nobili Tobie Pisarzewski coquendo Cerevisie in Cuna ville Pisarzewie ac in Taberna ejusdem ville propinande perpetua data

Sigismundus Augustus &c

Significamus presen Literis &c. Quod quamvis Nobilis Thobias Pisarzowski ville Pisarzowie in Ducatu Osvienezimen consistens haras, ex consuetudine antiquitus recepta ac de more aliorum Nobilium Ducatus ejusdem liberam potestatem et ad hoc usq; tempus habeat artificium quorum=

vis

vis pro arbitrio suo in eadem villa locan
dorum, ac preterea cervisie in Curia ville
ipsius prefato coquendo, ac in taberna ejus=
dem ville propinando, ne tamen Successo=
ris quispiam ipsum Tobiam Successo=
resque ejus, eo nomine impediant nego=
tium illi aliquod facesser posset. Suppli=
catum est Nobis per certos Consiliarios no=
stros nomine illius, ut illi in eo ipso cave=
re et de gratia nostra Regia prospicere di=
gnaremur. Quorum petitionibus adducti
ipsi et ejus Successoribus ville predicte Ie=
sarzowicze heredibus, liberam potestatem
cervisie in Curia ville prenominate co=
quendo, ac in taberna ejusdem ville pro=
pinando. Sed et artificum quorumvis Me=
chanicorum, ut puta fabrorum ferri, sarto=
rum, Sutorum, lanicorum, ad predictam
villam accersendorum, ac singulorum in
suo genere in hereditatem ipsius ville
locandorum, dare et concedendam duxi=
mus, damusq; et concedimus presen Lite=
ris nostris. Dantes artificibus ipsis tali=
ter per„ in ipsa villa locandis et locatis.

„cum

artificiorum

artificiorum ejusmodi exercendorum ac operis
vendendi liberam et omnimodam potestatem ac
libertatem, quo ceteri artifices in Ducatu ipso
consistendo de jure vel consuetudine utuntur ac
fruuntur. Quod omnibus quorum interest de-
nunciamus mandamus, ut quas immunitates
ipsi Tobiæ Pisparzowski Successoribusq' ipsius
Nos dedisse præsentibus animadvertunt, in
eis illum ac ejus Successores ville Pisparzowi-
ze hæredes conservent, conservarique ab iis
quorum interest faciant temporibus perpetu-
is. Pro gratia nostra aliter non facturi. In cu-
jus rei testimonium ac Datum ut supra

Relatio

Ascensuratio summo novem
scilicet Millium florenor.
in Præfectura Strubiespo-
vien per Regiam Majesta-
tem Generosso Andreæ Dem-
bowski Castellano Belzen
facta

Facta.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex
Poloniæ &c
Significamus præsen Literis quorum interest
universis, tam ijs qui nunc sunt, quam qui
postea futuri sunt. Quod cum Successores Ma=
gnifici olim Nicolai Odrowski Palatini Ca=
vien et Capitanei nostri Scopolien videli=
cet Generosus et Generosa Joannes Herborth
de Tubsten Castellanus Subuczovien, Beata
Generosi olim Hieronimi Dembrienski et Ca=
thenina Generosi olim Christophori Gnoinski
relicta vidua ex ea duodecem Millium flor.
summa, quam præfato olim Nicolao Odro=
wsca debebamus, quamq; illi in bonis nostris
Præfectura Grubieszovien inscripseramus,
quæ tandem ad eosdem Successores post mor=
tem ipsius Magnifici Nicolai Odrowski ju=
re naturalis Successionis est devoluta, tria
florenorum Millia Nobis remisisent ac
condonassent, Supplicarunt ut illis reliquum
summæ Novem scilicet florenorum Mil=
lia exolvere dignaremur. Nos vero etsi

præsen

præsen pecuniam interim non haberemus,
tamen ut supplicationi præfatorum Suc-
cessorum satisfacer et eorum in Nos ob-
servantiam gratam Nobis esse demonstra-
re voleñ, egimus cum Generoso Andrea
Dembrowski Castellano Belzen et Capita-
neo nostro Strubiesz ovien, ut is eam No-
vem millium Summam pro Nobis es-
olveret. Nos vero eam illi in ipsa Præ-
fectura Strubieszovien sufficienti inseri-
ptione demonstraremus. Quod quidem ille
ex sua in Nos fide, studio, et observantia,
non gravatum se facturum esse recepit,
dummodo per Nos sufficienter de ea illi
cautum fuisset. Itaq; cum jam ejusmodi
novem millium florenorum summæ et-
solutionem in se recepisset, atque eam
Successoribus præfatis recognovisset, et
in bonis suis inscripsisset. Illæ quoq; vi-
cissim in Nos de eadem quietasset, et Lite-
ras obligationis Nobis restituissent, ita
inter Nos et dictum Generosum Andream
Dembrowski convenit, quod scilicet Nos

indemnitti

indemnitati illius prospicere cupiens, ipse e-
andem Sovem millium Summam florenorum, in tota et integra prefectura nostra Strubiesoviensi, bonisq ejus omnibus inscribendam demonstrandam et assignari duximus, inscribimusq demonstramus et assecuramus presentibus nostris literis, usque ad sumo prenominatam novem millium florenorum integram et totalem estenuationem, modo infrascripto fiendam videlicet, quod ipse Generosus Andreas Demborowski ex mille florenis arendæ Capitaneatus Strubiesoviensi, quam fisco nostro quotannis inferre tenetur, quamque a Nobis ad vitam concessam habet, per sexcentos florenos numeri et monetæ communis annis singulis ratione ejus Summæ Capitalis deducet et detrahet, ac pro se tollet, absque ullo impedimento, usque ad plenam et integram Summæ novem Millium florenorum estenuationem. Quod si vero interea ante Summæ Capitalis estenuationem ipsum Generosum Andream Demborowski mori contigerit, tunc

hæredes

haeredes et Successores illius legitimi dicti Strubieszowieni Capitaneatum, si illi summa restans per Nos exoluta non fuerit, tenebut, habebunt, habebunt et possidebunt, jure ac titulo eodem quo ipse Generosus Andreas Dembowski eum nunc obtinet, atq' jducentos florenos extenuationis nomine pro se tollent et percipient usque ad plenam et integram summe novem millium florenorum extenuationem. Quo facto tandem Capitaneatus noster Strubieszowieni ad Nos et Successores nostros redibit et devolvetur pleno jure. Insuper id eo magis per Nos cautum et prospectum sibi ipse Generosus Andreas Dembowski de summa praefata sciat, cavemus et spondemus illi pro Nobis et Successoribus nostris per praesentes executionem juxta et statutorum, legum Regni de non dandis summis pecuniis super bona nostra Regalia editorum extendi se non debere nec posse. Verum illi salvam et integram ad extenuationem usq' permanere debere. Quo omnia et singula superius expressa completuros et servaturos, Nos illi cum Successoribus nostris

in toto

in toto et in parte bona fide et verbo nostro Regio pollicemur ac Hos et Successores nostros Literis hisce nostris obligamus. Quibus in fidem ac Datum Petricovie in Comitijs Regni generalibus feria secunda postridie festi Circumcisionis Domini, anno Domini MDLIX. Regni vero nostri XXIX

Sigismundus Augus Rex mpp

Eidem Cui et supra assignatio 400 florenorum in axenda Capitaneatus Strubiesovien. ratione infrascripta facta.

Sigismundus Augustus &c
Significiamus praesen Literis &c Quod cum Generosus Andreas Dembrowski Castellanus Belzen et Capitaneus noster Strubiespoien pro sua in nos fide, studio, et observantia es solvendo novem millium florenorum numeri et monete Regni nostri summa Magnifici olim Nicolai Odrowski Successoribus

bus Generosis videlicet Joanni Herborth
Castellano Liubaczoviens, Beato Dembien=
ska et Catarine Gnojenska per Nos illis
debitam onus in se recepisset, ac Nos pro
eadem intercessisset, atque in bonis suis ha=
reditarijs eam illi inscripsisset et demon=
strasset. Ipsi vero Successores Nos vicissim
de eadem quietassent, atque Literas obli=
gationis nostro Nobis restituissent, aequum
esse putant ut ipse Generosus Andreas
Dembrowski hujus sue in Nos observan=
tie gratiam aliquam a Nobis reportet, Liet
eam ipsam Novem Millium florenorum
summam in bonis nostris Capitaneatus
Julicet Strubiesovien ad extenuationem
per per Sexingentos julicet florenos in an=
nos singulos inscribi pemus. Nichilomin
tamen ratione quoque pensionis seu in=
teresse Quadringentorum florenorum nu=
meri et monete communis ab eadem no=
vem millium florenorum summa ea aren=
da Capitaneatus nostri Strubiesovien af=
signandos et constituendos ducimus, assi=
gnamusq et constituimus presen Literis nris.

Ita

Ita quod integram arendam ex Capitaneatu Strubiesovien nobis debitam pescentos videlicet florenos extenuationis nomine, quadringentos vero ratione interesse quotannis percipiet, ad Summe Capitalis usque pleniam et totalem extenuationem. Qua extenta, tandem integram arendam, mille videlicet florenorum fisco nostro inferre tenebitur. In Cujus rei fidem ec Datt ut supra Sigismundus Augustus Rex vit

Donatio instito in Circulo Civitatis Carnenecen sitto Generoso Matio Wlodek Vexillifero et Capitaneo Carnenecen.

Sigismundus Augustus ec

Significamus ec Quod Nos adducti precibus et Meritis Generosi Mathei Wlodek Vexillifori et Capitanei nostri Carnenecen, ipsi institam nostram desertam in

circulo

civulo Camenecen, inter Insulas Zachar=
ka Rotohorli abcina, et Crilchor Chra=
powiez. Civium et mercatorum Came=
necen parte ab altera jitam, ad Nos quo=
cunque juris titulo, devolutam, cum oni
jure dominio et proprietate dandam do=
nandam et conferendam duximus, uti
quidem Damus donamus et conferimus
presen, per prenominatum matiam Wo=
dek et illius Successores insulam ejusmo=
di tenendam, habend, utifruendam, et eo
jure et onere, quo reliqui Cives Mercato=
res Camenecen ac insularum similium
possessores in dicta Civitate consisten in=
sulas ipsas possident, cum omnibus ad illam
pertinen temporibus perpetuis possiden,
nec non dandam, donand, venden, commutan,
in eosque qui illi meliores et utiliores vide=
buntur usus convertend. Juribus nostris Re=
galibus ibidem semper salvis manen. In
cujus rei fidem et Datum Petricovie in
Conventione generali Regni, feria sexta post
festum trium Regum proxima. Anno
quo supra.

Relatio cujus supra.

Donatio

Donatio unius Lanei agri in villa Zemborzicze Nobilibus Zavorzkiis.

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesentibus Literis quorum interest universis. Quod cum expositum Nobis esset Nomine Nobilium Barbarae de Zarnowiecz olim Nobilis Marci Zavorzki viduae relictae, nunc vero Generosi Stanislai Osmolski Ulanoris, necnon Alberti et Stanislai Zavorzkich filiorum et Successorum olim Nobilis Marci Zavorzkii ex eadem Barbara susceptorum. Quod cum Magnificus Stanislaus Comes in Zenczyn Palatinus Cracovien ac Lublinen Belzen Ulzendovien q. Capitaneus piscinam Novam ante aliquot annos in usum nostrum in villa nostra Legia Zemborzicze ad Capitaneatum Lublinen spectant extruxisset, eoque non parum fundi ipsorum Nobilium Zavorzkich, puta Mo-

lendinum

lendinum et prata in villa ipsorum hae-
reditaria inundaverit, ex qua
inundatione damnum ipsi Jaroczkii ac-
ceperunt. Et tametsi ipse Magnificus Pa-
latinus Cracovien molendinum praefato-
rum Alberti et Stanislai Jaroczkich denuo
ita extruxerit, quod ea inundatio nihil
ei obesse ac nocere poterit. Tamen cum
ex ea inundatione non nihil fundi seu
pratorum eis ademptum sit. Pro ejus-
modi damna ipsorum Nobilium Alber-
ti et Stanislai Jaroczkich eis compen-
sare voleñ praedicto Magnifico Comite
in Jenerin Palatino Cracovien Sublimen
ac Capitaneo pro eis intervenient, ipsis
Paneum agri in villa nostra Zemborzi-
consistenñ dandum duximus, damusq Li-
teris nostris praesen perpetuo et in evum,
eumq ad villam eorum hereditariam Jia-
inicza annectimus et incorporamus, per
ipsos Jaroczkie Paneum agri praedictum,
tenendum, habenñ, possidenñ, utifruenñ, ven-
denñ commutanñ alienanñ et in usus suos

quosvis

quosvis convertend. nihil juris et Domi=
nij in eodem Laneo Slobis et Successoribus
nostris reservando. Quem quidem Laneum
ipse Magnificus Stanislaus Comes in Ten=
czin Palatinus Cracovien ab alijs laneis,
idque penes eorum fundum villæ Kra=
znieza emensuran, sicpulisque et signis
metallibus ab predicta villa nostro de=
ajo fundo distinguen et consignare debe=
bit, ac prorsus fundo eorum Kraznieza ad=
jungere tenebitur. Cui idnegotij Literis
præsen committendum duximus, ac com=
mittimus, dantes illi facultatem prædi=
ctum munus exequendi, et sicpulis per=
petuo duraturis distinguendi, ac consi=
gnandi; ne vero in posterum prædicti Kra=
znezi vel Successores eorum ab prædi=
cto nostro vel pro tempore existen Capi=
taneo in demissione Piscinarum sua=
rum gravari possint, stante enim seu
stagnan prædicta nostra piscina in præ=
judicium eorum modo premisso extru=
cta, ita commode superiora eorum Piscine

nec

nec demetti nec capisari possent, ut an=
te dimittebantur, tenebitur ipse Magnificus
Palatinus Cracovien et pro tempore existen
Capitanei Lublinen tenebuntur piscinam
predictam nostram in Zemborzicze eodem
in tempore demittere, Cum etiam Piscine
predictorum Iaworzickich in villa Krazni=
cza demittentur. Neque priius supradictam
Piscinam nostram dempsam retinere, sis tere,
seu excludere debebit, et debebunt, donec i=
psi Nobiles Iaworzezky vel successores eorum
suas piscinas capisarint, et sistare voluerint.
In cuius rei fidem ce Datum Petricovie in
Conventione Regni generali feria tertia
proxima post festum circumcisionis Do=
mini. Anno Domini MDXIX Regni ve=
ro nostri Anno XXIX

Relatio Andi in Christo Patris Do=
mini Ioannis Przerembski Ho=
minati Episcopi Chelmen Ar=
chiepiscopatus Gnesnen Coadjc=
toris et R. Polonie Viccancel=
larij.

Donatio

Donatio Portiuncule terre Venerabili Stanislao Gorski Cracovien et Canonico retro posticum domus Canonicalis jacentis.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie et Significamus et Quod Reverendus in Christo Pater Dominus Ioannes de Prierumb Electus Episcopus Chelmen et Legni noster Cancellarius retulit Nobis Venerabilis Stanislaum Gorski Cracovien et Plocen Canonicum supplicasse olim Serenissimo Principi Domino Sigismundo Regi Polonie Patri nostro Charissimo, ut parvam portiunculam terre retro posticum Domus sue Canonicalis in area nostra Cracovien sitte, ad formandum et rectificand illic angulum edificij rectum, qui nunc circumflexus aream deformat et edificium co-

quinis

quino ejusdem Domus coanquistat, gratio=
se sibi donare, edificiumque cum angulo
recto ædeui admittere dignarentur. Cui peti=
tioni Sua Saterna Majestas benigne annu=
ens. facta revisione Lori et relatione co=
ram se per olim Reverendum in Christo Pa=
trem Dominum Samuelem Episcopum Ca=
covien Regni nostri Cancellarium, et per
Magnificum Petrum Comitem de Wisni=
ere Palatinum et Capitaneum Cracovien
Regni nostri Marschalcum, quod id neq' vie
neque transitui hominum, neq' Castro
nostro officeret, donaverat ejus Paternitas
ipsi Venerabili Stanislao Gorski Canoni=
co et Capitulo Ecclesiæ Cracovien hanc
ipsam portiunculam terræ, jacentem se=
cundum directam protensionem duorum
portici Parietum in angulum recte inter
se concurrentium, ut fieret ex circumflexo=
angulo rectus edificij angulus, ad=
misitque ejus Majestas, ut edificium, vi quod
illic fieret, recto cum angulo confieretur,
Quam quidem donationem et admissionem

Idem

pugnare videretur. In hisce testamentis
sive manifestis seive occlusis et obsignatis
quidquid vir uxori suæ, vel econtra uxor
viri suo aut alicui extraneo in bonis mo=
bilibus dederit, donaverit, inscripserit, su=
per hæreditate reformaverit, in pia opera
legaverit, debitum recognoverit, exe=
cutores pro debito elegerit statuerit, ac
alia ordinaverit, firmum esse debebit, nec per
aliquem hæredem propinquum amicum
aut extraneum quemcunque poterit im=
mutari vel impugnari. Hoc etiam pro=
custodito, quod si forsan in testamentis
ejusmodi apertis vel occlusis reperta fu=
erit vel reperta fuerint, una aliqua par=
ticula vel plures quæ juri communi vel
laudo Civitatis repugnare viderentur, per
eas vel unam illarum totum illud testa=
mentum non debebit infringi et adnihi=
lari, sed illa et illæ particula duntaxat vel
particulæ, quæ juri vel laudo Civitatis fu=
erit contraria vel fuerint contrariæ, erit re=
jicienda vel rejicienda aliis omnibus in
ejusmodi testamentis contentis in robore

suo

suo remanentibus salvis. Hæreditates ta=
men et bona immobilia testamentis in lo=
co egritudinis confecti, etiam occlusis et
obsignatis ad officiumque impositis alie=
nari a propinquis non poterint, id enim
contra jura et æquitatem fieri videretur.
Summo vero pecuniariis in ejusmodi bo
nis hereditarijs testamentaliter pro ar=
bitrio testatorum potuerint inscribi et le=
gari. Tempore etiam suspecto pestis, si
vir vel mulier judicium vel officium con
sulare habere vel advocati nonposit, co=
ram quibus testamentum vel voluntatem
suam declaret. Accersitis duobus vel tri=
bus ex senioribus contuberniorum vel
alijs vicinis suis hominibus probis, co=
ram eis voluntatem suam declarabit. Et
illi tandem coram officiis voluntatem it=
tam subjuramentis recognoscent, ordi=
nationq ejusmodi inquantum non con=
tradicat juri communi ac laudo Civitatis
testamenti robur obtinebit, ac si coram offi=
cio Consulari aut judicijs facta fuisset
in Sibrung Civitatis acticabitur. Siquis
vero ausu temerario per se vel per aliquem
aliam

alium quovis exquisito colore ea prænominata infringere vel ab eis quovis modo contraire aut contradicere fuerit ausus, talis tanquam violator juris communis puniri debebit. Quod vero Geradam spectat, quandocunque Uxor alicujus Civis ab hac luce decesserit relictis pueris filijs vel filiabus, uno vel pluribus, esturne paraphernæ omnis, quæ gerada dicitur, vulgo Suppellectilis tota, quocunq' nomine voretur non ad aliquem alium, nisi ad maritum et pueros ipsius, cujuscunq' sexus fuerit, pertinere debent, aliis omnibus dicte mortue propinquis forosibus cognatis penitus exclusis, puerisq' tandem ab hac luce decedentibus illud totum, ut juris est, patri cedet. Salvo antecessorum nostri Serenissimi Regis Uladislai Privilegio super gerada Civitati Posnaniensi antea concesso, quod in suo robore et firmitate permanere Volumus. Si vero Uxor mortua Prolem non reliquerit, extunc id totum, quod ad paraphernam spectat, vel spectare jure cernitur, quod

ipsa

ipsa secum in domum mariti importa=
vit, eaq vivente interim a se non aliena=
vit, vel temporis longitudine contrita et
consumpta non sunt, soror dicta autpro=
pinquiori in linea cognato per maritum
estradatur, alia supellectili in auro et
argento, clenodijs, pecunijs, paratis ac
alijs omnibus rebus, per eandem in domum
mariti importatis a maximo ad minimum
quo ad paraphernam seu geradam pertinent,
circa maritum mortuo remanend,
Pro quibus omnibus a propinquis mortuis
ipsa nullo modo impeti debebit, verum
illa maritus liber pro libitu convertet suo,
nulli exinde rationem faciendo. Hoc eti=
am praemisso dicto, quod soror illa velco=
grata, quo geradam hujusmodi accipere
debebit ex his, quae acceptura erit mortuo
marito relinquere tenebitur, id quod jus
disponit hoc est lectum, lectistrata, ac alia
in jure descripta. Illa etiam omnia quae
Sit uxori ante et post nuptias prodecor
vel ornatu suo emet et comparavit in
auro et argento, vestimentis, clenodijs, mo
bilibus, ac alijs omnibus rebus, nullis
exceptis

exceptis inter paraphernam seu geradam
nequaquam computari debent. Verum mor-
tua uxore ea omnia viri apud se tanquam
propria retinebit, nec pro eis uiquam
respondere tenebitur. Si vero Maritum
priusquam Uxorem mori contigerit, si-
ve estabunt sive non pueri, Paraphernа
omnis ac supellectilis tota, quam secum
uxor importavit, tamen et illa, quo mari-
tus ante et post Nuptias sibi dedit, coe-
mit et comparavit, in auro argento clo-
nodijs vestimentis et id genus rebus a-
pud relictam viduam remanere debe-
bunt, et pro libitu ipsius converti. Hom
in declarand amore conjugali remune-
randag' fidelitate unius Conjugis erga
alium quid quid maritus uxori suæ, aut
contra uxor vivo tempore vitæ suæ, sive
extantibus Pueris sive non extant, honore
mobilium et immobilium dederit dona-
verit inscripserit, aut super aliqua here-
ditate reformaverit, firmum esse debebit,
nec per quempiam quocunque prætextu
immutari debebit. Donationes enim mu-

tuo

tuo, quas Conjuges Prole carere inter se fa=
cere conspeverunt, uti justo et justitio con=
sentaneo, immobiles firmoq; permanere debe=
bunt, licitumque erit Marito Uxori suo et
econtra Uxori ipsi marito suo prole carentibus
coram officio consulari aut seabinali judicio
bannito bona omnia mobilia et immobi=
lia a maximo ad minimum nullis exce=
ptis et exclusis quocunque nomine vocen=
tur, que antea habuerunt vel habituri sunt,
sive hujusmodi bona sint ex parentibus he=
reditaria ex aliaque Successione quacunq;
devoluta, sive proprio labore parta, sibi in=
vicem mutuo dare donare resignare, per il=
lum conjugem qui alteri supervixerit, ha=
ben, tenen, ac hereditarie possiden, de eisq;
disponen secundum ejus beneplacitum, absq;
cujusvis contradictione, nec per aliquem do=
natio ejusmodi infringi potenit. Nos itaq;
Sigismundus Augustus Rex, quia eas ipsas
consuetudines animadvertimus rationi esse
consentaneas, utiles et honestas, ac aliis eti=
am Regni nostri Civitatibus communes, con=
firmes eas Civitati predicte Posnanien

esse

esse concedendas, uti quidem hisce Literis nostris concedimus, eas q authoritate et Privilegio hoc nostro approbamus et confirmamus, vimque Legum eas habere debere pronunciamus perpetuis temporibus. Datum Petricovii in Comitijs Regni generalibus. feria quarta proxima post festum Circumcisionis Domini. Anno Domini MDXI. Regni vero nostri Anno XXIX.

Relatio cujus supra

Eodem tempore Similes Literas concessas Civitati Costensi.

Auctio Thelonei Oppidi Polaniecz.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Solent Leges et Principes quorum memoriam volunt ape

perpetuam

perpetuam ea Literis mandare. Quare Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Significamus ac Exposi= tum esse Nobis per certos Consiliarios no= stros pro parte Oppidanorum nostrorum Polanecen, illos majorem multo sumptum facere in muniendis pontibus illic con= structo, quam quod nomine Thelonei ibi= dem antiquitus instituti, atque eisdem per Divum olim Parem nostrum donati exigunt, Supplicatumque ut ibi teloneum hoc pro= pterea augere, eoque ipso prætereuntium comodo transitui, qui omittorem viam, si ibidem illud augeremus sint habituri, pro= vpicere dignaremur. Nos itaque Supplica= tioni ejusmodi uti justæ annuen, simulq; prætereuntium commodo transitui prospi= cere cupien, Theloneum hoc a singulis Mer= catorum curribus, mercibus quebusvis onera= tis, juxta institutionem atque per Divum olim Parentem nostrum, ejusdem prædictis Oppi= danis Polanecen donationem, hucusque per quatuor denarios exigebant, primum abro= gando, aliud eum in modum ibidem insti=

tuendum

tuendum indicendumque duximus ac pro in-
stituto et indicto haben volumus, atque su-
pramemorati Oppidi Polanicez, Proconsu-
li Consulibus totiq' communitati illud do-
nandum, prout instituimus indiximusq'
ac pro instituto et indicto haben volumus,
atque ~~supramemorati~~ oppidi Polaniæ Lo-
illud ipsis donamus, ita ut jam deinceps
non a singulis curribus, quibuscunq' mer-
cibus oneratis per quatuor denarios, sed
a singulis equis currus mercatorum qui-
buscunque mercibus onustos trahentibus,
istac euntibus et rursus redeuntibus per de-
narios tres, et singulis vero Paribus Boum
agendis itidem per denarios tres exigant, absq'
cujusvis contradictione temporibus perpetu-
is. Do que Proconsul et Consules rationem
reddere Plebi sue Communitati tenebuntur,
ejusq' ratione pontes predictos munire, et
iter expeditum vectoribus et transeuntibus
facere sint astricti et obligati, ita ut istac
sine aliqua rerum suarum jactura et detri
mento transire possint et valeant. A quo
Nobilitatem Regni nostri, et eos qui ab
ejusmodi

ejusmodi theloneis exempti sint, liberos et immunes esse volumus. Quod universis et singulis theloneorum et quorumvis vectigalium in Regno nostro Præfectis moderniis et futuris denuncian mandamus, ne istos Oppidanos in exigendo ejusmodi Theloneo impediant, et ab alijs impediri permittant. In cujus rei &c. Datum Loco, die, et Anno, Præfatis quibus supra.

Relatio cujus supra

Libertatis Domus in Platea Dissilien Cracovie sitte Generosi Petri Lieszczinski ab excipiendi hominibus hospicio

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex &c. Significamus tenore præsentium quorum interest universis. Quia Nos habentes rationem fervitiorum a multis annis in Cancellaria nostra nobis exhibitorum Generosi Petri Leszczenski heredis in Plonna Notarij

rijs Cancellario nostro quibus se Nobis
gratum et commendatum reddidit. Vo-
lens illum ac futura servitia nostra ala-
criorem reddere, Domum ipsius Lapide-
am Cracovie in Platea Wesselieri inter Do-
mos Braxiejewski ex una et Clericia se-
tores parte ab altera sitam, quam nunc
inhabitat, de certa scientia et gratia nostra
Regia, ab omnibus hospitibus exemi-
mus et libertavimus, immunemque et
liberam fecimus, prout libertamus exi-
mimus liberamq facimus harum serie
Literarum, ita quod viventibus prefato
videlicet Petro Leszczenski et Anna Uxore
ejus, ac Petro Stanislao, et Joanne filijs, nemo
hospitum et Auleorum nostrorum seu ali-
orum quorumcunque hominum in ea ipsa
Domo diversari hospitioq recipi debet. Quo-
circa Officio Marsalci nostri ac Proconsuli
Consulibusq Civitatis nostre Cracovien moder-
nis et pro tempore existen, ac alijs ad quos
pertinet distribuendorum hospitiorum nu-
nus id denunciari mandamus omnino ha-
bere volen et districte precipiendo quatenus
prefatus

prefatum Petrum Seszczynski ac Annam Uxorem et Staniſlaum Petrum et Joannem filios ejus in hac prerogativa et Libertate per Nos illis conceſſa conſervetis nullosq' hospites aulicos nostros, et alios quosvis homines cujuscunque status et conditionis fuerint in domo ejus diversari permittatis, neque vos ipsi pretestu officij sui, ut facere auſus sub gravi indignatione nostra ſeus facere non auſuri. Datum Petricovie in Comitijs generalibus Regni, feria quinta poſt Feſtum Circumciſionis Domini proxima anno quo ſupra

Sigismundus augustus Rex mpt

Advitalitas Generoſo Georgio Mniſzek de Magna Konarzierze Capitaneo Pokaliem in libera poſſeſſione et uſufructu Advocatie in Oppido Pokal ſibi data. Reſervata Regie Majeſtatis ejusdem recommenda ſi neceſſitas poſtulaverit facultate. Datae in Forma ſolita

Solita Canellariæ extradita. Petricovie,
Die VI. Januarij Anno quo supra.

Donatio unius partis agri inculti inter villas Mnichowo et Sucha sit. Caterinæ Starczowska.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c. Quia Nos cum ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum pro Nobili Catherina Sthareczowska vidua Nobis factam tum pro Nostra Liberalitate Regia illius tenuitatem ac paupertatem, quo misera premitur, sublevare volen, Illi ejusque Successoribus legitimis, dedimus donavimus et gratiose contulimus partem campi inculti alias Błonia vulgo nuncupati, inter bona et villas nostras Mnichowo et Sucha sit. incipientis videlicet a Campo dicto Swarzkie błonie, et ad fines usq; et limites camporum prefatæ villæ nostræ Mnichowo in longi=

tudinem

tudinem sese extendentis. In Latitudine vero a prædicto campo villæ Mniechowo, usque ad alveum antiqui fluvij, qui alveus aqua inundante influit in fluvium Wartha. Damusque donamus et conferimus jure hæreditario et perpetuo, illi ejusq Successoribus legitimis prædictam partem Campi inculti cum omnibus et singulis utilitatibus, quæ nunc et in posterum humana industria invenieri et excogitari poterint. Cum omni jure et Dominio, nihil Nobis neque Successoribus nostris juris et Dominij ibidem reservando per prædictam Caterinam Pianzowska ejusq legitimam posteritatem tenend, habend, utifruend pacifice et quiete temporibus perpetuis possidend tenore præsent mediante. Harum testimonio Literarum, quibus Sigillum nostrum est subappensum. Datum Petricoviæ in Comitijs Regni generalibus, sabbato in Crastino Sanctorum trium Regum proxime Anno Domini MDLIX. Regni nostri XXIX.

Relatio cujus supra
approbatio

Approbatio binarum
Literarum infrascriptarum
pro parte famati Scholez
Civis Leopolien

In nomine Dni Amen

Perpetua esto ejus quae jugiter rei memo=
ria. Nos Sigismundus Augustus Dei gra=
tia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae
nec non terrarum ac Significamus praesen=
tibus quorum interest Universis Exhibi=
tas ejus Nobis binas Literas nostras, Pri=
mas in Pergameno alteras vero sub
Sigillo Castren Belzen emanatas in
papiro scriptas assignationem grani=
tierum in se continen, nomine famati
Stanislai Scholez Civis Leopolien, super
meneram Jurariam ipsi non ita pridem
per Nos Varsaviae concessas. Supplica=
tumq; est Nobis nomine ejusdem Sta=
nislai Scholez, ut eas in hac praesen Con=
ventione generali Petricovien et Conven=
tus authoritate approbare et confirma=

x

re dignarernur. Quarum tenor est iste. In
Nomine Domini amen, ad perpetuam rei
memoriam. Nos Sigismundus Augustus
Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ, nec non terrarum Cracoviæ Sen=
dominiæ Siradiæ Lanciciæ Cuyaviæ Lu[illegible]
Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Culmen. El=
bingen Pomeraniæ q' Dominus et hæres.
Significamus præsen Literis quorum inter=
est universis, tam iis qui nunc sunt, quam
qui postea futuri sunt. Quod Nos com=
diis nostris prospicere volen, quo ex Contra=
ctu quem Magnificus Stanislaus Comes
a Thenezin Palatinus Cracoviæ ac Subli=
nen, Belzen, Urzędovien q' Capitaneus cū
Famato Stanislao Scholez Civi Leopoli=
en fecit, auudere posse Capitaneatui Bel=
zen prospicimus, contractum eundem ap=
probandum et confirmand duximus, Con=
tractus autem per eos factus hujusmodi
est, Quod nos famato Stanislao Scholez
Civi Leopolien illiusq' Successoribus facus
utriusq' in Sylvis borris ad Capitaneatum
Belzen pertinen, juxta fluvium Swinie
nuncupatis

nuncupatum, decem Laneos de uuda
radice per eum extirpandos, cum omni
jure et proprietate et titulo hæredita=
rio una cum usufructu dare debemus, pro=
ut damus et assignamus perpetuo et in
evum, per illum et Successores illius
possidendos. Eo tamen jure quod dictus
Stanislaus Scholer mineram ferrariam
cum omni apparatu et instrumentis
ad eam mineram pertinen, in flumi=
ne dicto Swinia propriis impensis ex=
truere tenebitur. Insuper in eodem flu=
mine piscinam quam poterit majo=
rem extruere debebit, qua ita ut mine=
ra ferraria perpetuis temporibus uti=
fruetur. Sittore quoq' utroque dicti flu=
minis Swinia justa dictorum decem La=
neorum Longitudinem utetur cum Succes=
soribus suis. Eidemque licebit in dictis de=
cem Laneis Colonos locare, qui juri Theu=
tonico, ut et alij Subditi nostri subjecti esse
debebunt. Liberum quoque illi erit minera
pro conficiendo ferro, ad eam mineram fer=
rariam quocunque locorum in dicto Capi=

taneatu

laneatu Belzen ea prævenerit fodere, eâq
ulli fieri sine cujusvis contradictione, liberè
etiam eum facimus ut ejus Successores ac
Cmetones, si quos habuerit, ab omnibus cen=
sibus, solutionibus, daciis, podvodis, etiam
ducturis quibusvis ad præfecturam Bel=
zen pertinen, a Data præsen ad decem nuis
quo elapso tenebitur cum suis Successoribus
singulis annis pro festo Pentecostes decem
marcas pecuniæ numeri et monetæ Polo=
nicalis Capitaneo nostro Belzen pro tunc
existenti census annui solvere. Aliis solutio=
nibus et oneribus exceptis. Ab expeditio=
néquoq bellica et Successores ipsius liberos
facimus perpetuis temporibus. Volentes
præterea prænominatum Stanislaum
Scholex Civem Leopolien ratione sumptu=
um, in structuram minere præfato facto=
rum vel potius faciendorum, aliqua ex
parte contentum sive consolatum reddere,
atque ad eadem et Successores ejus facien=
da in posterum promptiorem et alacrio=
rem reddere, ipsi ejusque Successoribus
summam mille florenorum quemlibet flo=
renum tricenis groschis computand, in dicta

minera

minera demonstrand inscribendam et assignand
dasimus, uti quidem demonstramus inscribi=
mus et assignamus præsentibus temporibus
bus æviternis. Prænominatam vero minera
ferrariam per eum ipsum Stanislaum Scholer
ejusq; Successores Jesus ultius cum omni=
bus utilitatibus quocunque nomine conse=
antur in summa prænominata mille flo
renorum tenend, haben, possiden, dandam,
donandam, vendendam, commutandam,
alienand et in usus quoscris beneplacitos
convertend. Nostro tamen et Successorum no=
strorum ad id consensu expresso accedend.
Insuper eundem Stanislaum Scholz et ejus
posteros ab omnibus Palatinorum, Castella=
norum, Capitaneorum ac Judicum quo=
rumvis, et Subjudicum aliorumq; judican=
di potestatem haben eximimus et Libe=
rum cum Successoribus illius facimus,
temporibus perpetuis. Itaq; quod ejus Sta=
nislaus omnibus de se querelam coram
nullo alio judicio, præterquam coram No=
bis respondere teneatur, nostraq; tantum=
modo et nulli alteri jurisdictioni et pote=
stati ejusdem obedire, et subjacere volumus,

<u>Cum</u>

cum eodemq; Nos soli ipsi justiciam uni=
cuiq; facere debebimus. In cujus rei testi=
monium Sigillum nostrum Præsen est
appensum. Datum Warsaviæ A.D VIII. Die
Septembris. Anno Dni Millesimo quingen=
tesimo quinquagesimo octavo Regni nostri
XXIX. Præsen Reverendo in Christo Patre
Domino Joanne Przerembski nominato
Episcopo Chełmeñi, et Regni nostri Vice=
cancellario, nec non Magnificis Generabi=
libus et Generosis Stanislao Maciejowski
Sendomirien Cubic nostro Marschalco ac Lu=
blinien Jaworskoscen Capitaneo, Nico=
lao Przebuchowski Inowlocien Albicule ne=
stri præfecto, ac Brzesten Kuyavien Re=
gentq; Capitaneo, Floriano Lubrzydowski
Lublinen et Capitaneo Chmielnicen, Jo=
anne Sierakowski Landen Cubic nostro
Referendario Capitaneo Przedecen, Stani=
slao Wodzicki Brzezinen, et nostro Capita=
neo Crepicen Castellanis. Joanne Ocieski
Regni nostri Cancellario Cracovien Osprien
sien Zatorien Ducatuum, Landecen Ol=
stanenq Capitaneo, nec non terræ Cracovi=
en Succamerario, Stanislao Carnkowski

pieris

juris utriusq doctore, Gnesnen et Cracovien
Referendario, Andrea Przerembski Cracovien,
Piborio Crichowski Scholastico Wladislavi-
en et Cracovien Canonicen Nicolao La-
ski Gnesnen mensae nostrae, Nicolao de Mie-
lecz Capitaneo Chmielnicien Secretarijs
nostris, et alijs quamplurimis testibus et
auliecis nostris circa premissa existen fir-
cer et fidelibus nobis dilectis. Datum per
manus prefati Andi in Christo Patris Do-
mini Ioannis Przerembski Nominati Epi-
scopi Chelmen et Regni nostri Vicecan-
cellarij syncer Nobis dilecti. Relatio e-
jusdem Andi in Christo Patris Domini Ioan-
nis Przerembski Nominati Episcopi Chel-
men et L.P. Vicecancellarij. Ioannes Prze-
rembski L.P. Vicecancellarius sit. Acta
sunt haec in Castro Belzen feria sexta ipso
die festi Sancti Martini Pontificis Anno
Domini Millesimo quingentesimo quin-
quagesimo quinto. Comparens personali-
ter coram officio et acta presen Castren Bel-
zen Generosus Albertus Motorski Vicecapi-
taneus Belzen publice et per expressum

recognovit

recognovit, Quia ex Mandato Illustris et
Magnifici Stanislai Comitis a Tenczyn
Palatini Cracovien, Lublinen, Belzen, Ul=
rzędowien ac Capitanei condescendens
Die hesterna in Fundum Sacte Regie Ma=
jestatis, videlicet in Sylvam juxta fluvium
Swinia nuncupatam fitt. vocatis ad
sui presentiam Incolis et Oppidanis Au=
gustovien, aliisq Subditis Sacre Regie
Majestatis huic loco contiguis et vicinis
in presentia eorum hos decem Lanceos
juxta prescriptum Literarum Sacre Regie
Majestatis donationis famato Stanislao
Scholez Civi Leopolien demonstravit, ac
in usum fructum ipsi ac ipsius Succes=
ribus de facto assignavit nemine contra
dicente, immo prefatis Oppidanis Augu=
stovien consentien. Qui Lanei predicti
originem suum accepernent a superfi=
cie prefati fluvij dicti Swinia, videlicet
ab eo loco ubi agrum super edificanda
feraria minera prefatus Stanislaus Scholez
juxta assignationem prefati vicecapitanei
construere debet, ex longum ex una par=
te circa fluvium dictum Swinia et

cum

uem littoribus prefati fluvij usq ad, Lacum dictum Trabowe, granicies Domini Baeri dictos Brzozowa gadz, in Latitudinem vero prefatos decem Laneos mensuram usque ad lutum dictum Prabowe blotho. Albertus Moterzki Vicecapitaneus Belzen. Ex actis Castren Belzen extractum. Stanislaus Rozwadowski Castren Belzen Notarius vst. Hos itaque Sigismundus Augustus Rex prefatus concessionem nostram ratam et firmam ese volen, validioremq et firmiorem ~~reddere~~ cupien, Literas atq; prainsertas, nostra et Conventus totius Authoritate approbamus et confirmamus, easq; robur debita et perpetuo firmitatis habituras decernimus. Volen autem majus gratie nostre erga eundem famatum Stanislaum Schulez et ejus Successores declarare. Admittimus illi per presen Literas nostras et ejus Successoribus seaus utriusq; robora omnis generis pro edificijs foro ac omni domestica necessitate ex Sylvis et borris nostris omnibus

ubiq;

ubique locorum ad Capitaneatum no-
strum Belzen pertinen, ac ejusdem omni-
bus Colonis quos habebit, ac etiam pro
Carbonibus conficiendis, quocunq; in loco
ei visum fuerit excidere et evehere, et pro
usu prefato Minere ferrarie convertere,
sine Capitanei nostri Belzen modernj
ac cæterorum pro tempore existen, ac ali-
arum quarumvis personarum prohibi-
one et impedimento temporibus perpetu-
is. Insuper eundem Stanislaum Schaler et
ejus Successores ac Colonos omnes ad
eandem mineram ferariam pertinen,
liberos et immunes a predictis et ductu-
ris quibusvis tam nostris Regijs quam
etiam Castren, ad Castrum Belzen perti-
nen temporibus æviternis et perpetuis
facimus. Harum quibus Sigillum nō-
strum est appensum testimonio Literarū
Datum Petricovie in Comitijs Regni ge-
neralibus Die Septima Mensis Ja-
nuarij Anno Domini Millesimo
quingentesimo quinquagesimo no-
no. Regni vero nostri Vigesimo Nono.

Presen

Præsentibus quibus supra.

Relatio Andi in Christo Pa=
tris Domini Joannes Przerem=
bski Nominati Episcopi Chel=
men Archiepiscopatus Gne=
snen Coadjutoris ac Legni
Polonie Vicecancellarij.

Confirmatio Literarum Do=
nationem Oppidi Capinos
cum Villa Wiiicza in se
continen

In nomine Domini Amen

Sempiterna esto ejus rei que sequitur
memoria. Nos itaque Sigismundus Au=
gustus Dei gratia Rex Polonie ac Signi=
ficamus ac Exhibitas ipse Nobis Literas
nostras per Generosum Nicolaum Radzie
jowski Castellanum Gostinen, et Thelonei
nostri in fluvio Istula Præfectum, sub ti=
tulo et Sigillo in corda fericia appenso, ac
manu nostra subscriptione munitas, con

<u>especionem</u>

cessionem nostram, sive donationem eidem
perpetuam Capitivo Oppidi, cum Villa
Vicicra in se continerd, quam ab ante=
cessoribus nostris in certa pecuniarum
summa obtinebat. Supplicavit itaque
Nobis, et pro eodem certi Consiliarij no=
stri, propterea quod extra Regnum data
sunt, ut eas et omnia in eis contenta in
hoc proseq generali Conventu Piotrcovi=
en innovare, approbare, confirmare, et
ratificare authoritate nostra Regia ac
totius Conventus nostri dignaremur. Qua=
rum tenor de verbo ad verbum sequitur,
et est talis. In nomine Dni amen, ad
perpetuam rei memoriam. Cum in rebus
humanis nihil sit tam firmum et sta=
bile quod temporis diuturnitate non in=
tereat, nisi Literarum beneficio ab obli
vione vindicetur. Solent itaque Leges et
Principes quorum memoriam volunt esse
perpetuam ea Literis commendare et pro=
ferre cum pro meritis dignis aliquem
ornaverint beneficijs, ut eorum muni=
ficentia in bene de se meritos esset testi=
monium, et ceteri ad benemerendum

de

de illis excitentur. Proinde Nos Sigismun-
dus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Ma-
gnus Dux Lithuaniæ, Russiæ nec non ter-
rarum Cracoviæ Sendomiriæ Siradiæ Len-
ciciæ Cuiaviæ Prussiæ totius Prussiæ Ma-
soviæ Samogitiæ Culmen. Elbingen. Po-
meraniæq; Dominus et hæres. Significa
mus præsen. literis quorum interest uni
versis tam iis qui nunc sunt, quam qui
postea futuri sunt. Quod cum Generosus Ni-
colaus Radziejowski de Radziejowice Ca-
stellanus Rostinen. et Telonei nostri aqua-
tici in fluvio Istula Præfectus, et majo-
rum suorum meritis sit Nobis commen-
datus, et eorum exemplo de Nobis reg
publicâ Regni nostri præclare mereri
studeat, uti id quidem nunc in hac ex-
peditione nostra Livonica multis sum-
ptibus suis parendo, satis abunde de-
claravit. Volen. itaque gratis nostræ in
illum extare testimonium, de certa sci-
entia et speciali Gratia nostra Senato-
rum nostrorum Nobis in hac expeditio-
ne nostra Livonica præsen. accedente Con
silio, et consilio Sampluerum in hac ex-
peditionem

peditionem Livonicam per illum facto=
rum benignam habeb rationem, ipsi
Generosp Nicolao Radziejowski et ejus
Legitimis Successoribus seaus utriusq
bona nostra Legia Oppidum nostrd
Capinos, cum villa Wieicza, in Capi=
taneatu Sochaczovien consistent, quæ in
certa pecuniarum summa ab Antecesso=
ribus nostris, ac tandem a Nobis sive seu=
di possidebat, sive ac titulo mero pure
et irrevocabilis donationis dan, domon,
et concedend duximus, damusq' dona=
mus et concedimus præsent Literis in for=
ma donationis plenissima in omnibus
suis dependentijs per Nos et nostros Succes=
sores cum et quoties opus fuerit vacui=
enda, cum omnibus fundis, agris, pra=
dijs, molendinis, pratis, Stagnis, fluvijs,
Sylvis, borris, gajis, et alijs in universum
partibus et pertinentijs omnibus, quæ
ad hoc ipsum oppidum et villam eccan=
tiquo pertinent, quæ hic omnia et sin=
gula pro expressis haberi volumus, ita
late longe et circumferentialiter, prout
in suis metis et limitibus consistunt et

ab

ab alijs fundis et villis bona prefata
sunt distincta. Cum omnibus quoq; reddeti-
bus proventibus utilitatibus nullis pe-
nitus exceptis, quo nunc in ipso Oppido Ca-
pinos et villa Vieiza supramemora-
ta sunt et in posterum humana industria
inveniri et excogitari possunt nihil Ho-
bis jurisdominij commodi et proprieta-
tis ibidem reservando. Sed totum in ipsum
Generosum Nicolaum Sadziejowski et ejus
Successores sexus utriusq transferend. Per
ipsum Generosum Nicolaum Sadziejowski
et ejus Successores sexus utriusq Oppi-
dum predictum Capinos cum villa Vieiza
cum omnibus ad illud pertinen tenen,
haben, et perpetue cum omni jure, do-
minio et proprietate hereditario more
aliorum Nobilium Equestris ordinis Re-
gni nostri possiden, dar, donan, ven-
den commutan, et in eos quos illi et ejus
Successoribus videbitur usus liben con
verten, temporibus perpetuis. Expeditio
ne tantum bellica et alijs Reipublicæ
oneribus salvis mand In cujus rei fidem

et

et firmius testimonium manu nostra pre=
sentibus subscripsimus et sigillum nostrum
appendi mandavimus. Datum in Castris
nostris circa Oppidum Pozwolie, Die Do
minico post festum Nativitatis Bea=
tissime Virginis Marie proxima Anno
Domi M D LVII. Regni vero nostri An=
no XXVIII. Presentibus Reverendo in
Christo Patre ac Magnificis Venerabili
bus et Generosis, Domino Ioanne Prze=
rembski Nominato Episcopo Chelmen
et Regni nostri Vicecancellario. Luca
Comite a Gorka Brzesten a Bursen Gne=
zneñ Colendque Capitaneo. Ioanne de Mie=
lecz Podolie Supremo Regni nostri Mar=
scalco et Exercitus nostri Polonie in ex=
peditione hac nostra Livonica Genera=
li ac Brodecen Capitaneo. Ioanne de
Dambrowicza Belzen et Capitaneo
nostro Cazimirien, Alexandro Glowski Plo=
cen, Ioanne a Drzalin in Barthian
here de Culmen et Capitaneo nostro Lipnen,
Fabiano Czema Pomeranie ac Thucho=
lien Starogardien Capitaneo Palatinis.
Ioanne Comite in Tarnow Woynicien

et

et Capitaneo nostro Sendomirien. Erasmo
de Cretkow Gnesnen et Capitaneo nostro
Siradien. Ioanne de Ruzewo Brzesten,
Horiano Zebrzydowski Lublinen, Joan=
ne Sierakowski Landen Curiæ nostræ Re=
ferendario et Capitaneo nostro Przede=
cen, Alberto Czarnkowski Priemen
et Capitaneo nostro Drohobicen. Mar=
tino Zborowski Cracinen, Stanislao Wol=
ski de Podhayce Brzezinen, Stanislao
de Wola Podhaczovien et Capitaneo
nostro Costinen, Felice Aueto Drzewo=
wski Czechanovien Castellanis, Philip=
po Padniewski Archidiacono et Cano=
nico Cracovien ac Præposito Lencici=
en et majore Regni Secretario. Andrea
Comite a Gorka Waleen Gnezmen Co=
lendq Stanislao Comite in Labischin Ju=
niwladislavien Capitaneis, Nicolao Fre=
bechowski Cubiculi nostri Præfecto ac
Brzesten Logozmen Selovienq Capita=
neo. Sigismundo Ligęza de Bobrek Po=
cillatore Regni nostri ac Leopolien Cze=
picen Thiopoviecenq Capitaneo, Alberto.

Crispi

Cristi Succamerario Stanislao Miskowski
de Mirow Structore mensæ nostræ, et Ma=
riemburgen Lathmondque Capitaneo. Al=
berto Cristi Succamerario Ploceñ et Capi=
taneo nostro Dobrzinen. Stanislao Ostro=
rog de Lwowek Miedzirzecen Capitaneo,
et aliis quam plurimis Officialibus et
auliicis nostris circa præmissa exist.
Datum per Manus præfati Andi in Chri=
sto Patris Domini Joannis Priærembski
Nominati Episcopi Chelmen et Regni
nostri Vicecancellarij, syncer Nobis dile=
cti. Sigismundus Augustus Dei gr. Hos
itaque Sigismundus Augustus Dei gra=
nominatus supplicationibus uti justis
benigne aulinati, Literas nostras præ=
insertas et omnia in eis contenta auto=
ritate nostra Regia et totius Conventus
innovam, approbam, confirmam et ratifi=
cam, duximus, uti quidem jam Literis
hisce nostris innovamus, approbamus, con=
firmamus, et ratificamus, decernen eas
vim et robur debitum in perpetuum obti=
nere debere. In cujus rei testimonium &c
Datum Petricovie in Comitijs Regni
generalibus

generalibus. Die 17 Januarij. Anno quo
supra. Presentes
Sigismundus Augustus Rex mp.

Confirmatio Literarum Wladislai Regis super villam Lukawicza spectan.

In nomine Domini Amen
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ necnon terrarum Caluriæ &c. Significamus præsentibus Literis nostris quorum interest universis. Exhibitas coram Nobis Literas in Pergameno Scriptas, sub titulo et Sigillo subappenso Serenissimi olim Wladislai Regis Poloniæ Proavi et Prædecessoris Nostri dilectissimi emanatas Donationem seu concessionem Locationis juris Theutonico villæ in flumine Lukawicza eidem nomine nuncupandæ, simulq; Insultatio in itidem Provido olim Raymoni de Wiznilii

niki in se continentes penas, salvas, et
integras nullig vicio suspitionis obno=
xias. Supplicatumq esse Nobis pro par=
te Ewan et Stanislai Strothowiczowic germa=
norum ac Andreae et Wasko Iwankowicz=
wie nec non Jerilko ac Iwan Mistkowi
czy Lukawskich fratrum respective Patru=
elium, ut easdem Literas authoritate no=
stra Regia approbare et confirmare di=
gnaremur. Quarum quidem Literarum te=
nor de verbo ad verbum est et sequitur ta=
lis. In nomine Domini amen, ad perpetu=
am rei memoriam. Ne error oblivionis
gestis sub tempore versantibus in posterum
pariat detrimentum, alta Regum et Prin=
cipum decreverunt Consilia ea Literat
apicibus et testium commotatione perhen=
nari, ne lapsu temporis evanescant.
Proinde Nos Wladislaus Dei gratia Rex
Poloniae, nec non terrarum Cracoviae Sen=
domiriae Siradiae Lanciciae Cuiaviae Lithua=
niae Princeps Supremus Pomeraniae Rus=
siaq' Dominus et hares. Significamus
tenore praesentium, quibus expedit uni=
versis, praesen et futuris praesentium

notitiam

notitiam habituris. Quomodo cupientes
terras nostras Lusie per locationem ho=
minum facere populosas, et inde per am=
plificationem hominum accrescant, ho=
bis bona pariter et honores de provi=
dens et discretos Procuri Laidoni de
Wirnikii nostri fidelis confidens, sibi vil=
lam locandi in flumine Lukawieza vul=
gariter nuncupato, et eodem vocabulo
nuncupandi Lukáwieza in terra Luf=
sie et Districtu Samboriens sit de quin=
quaginta Lard agrorum seu quotquot
de eisdem ibidem poterit colocare jure
Theutonico Maidburgens plenarium da=
mus et omnimodam tenore presenti=
um concedimus facultatem. Locatione cu=
jus locationis predicto Laidoni et suis
Successoribus legitimis Scultetiam ibidem
jure hereditario in perpetuum possiden
tenend, vendend, alienand, commutand no=
stro tamen super hoc consensu specialiter
requisito, et ad usus beneplacitos conver=
ten, damus, donamus, conferimus, presen,
et largimur donatione irrevocabili per=

petuo

petuo et in eorum. Adiicien sibi et suis
Successoribus legitimis ad dictam Sedl=
letiam tres laneos liberos agrorum, unũ
tabernam, et de quolibet artificio unum
artificem, sextum denarium, de censu, ter=
tium denarium de qualib et re judicata,
molendinum quog' et Sissinam in loco quo
poterit in eadem villa prout se ad longum
extenderit, dempto loco aptiori pro mo=
lendino nostro, quem Capitaneus noster
modernus elegerit, prefatus Laidoni
Sultetus pro se et suis Successoribus le=
gitimis construet et reparabit. Adjungi=
mus etiam ibidem pro Ecclesia unum
laneum agrorum construend, et duos la=
neos pro expulsione pecorum et pecu=
dum ad pascua quo Schezni vulgariter
nuncupantur. Datione cujus donationis
prefatus Laidoni et sui Successores No=
bis et posteris nostris, cu duobus equis
cum duabus balistis, ad quamlibet expe=
ditionem generalem servic tenebuntur.
Eximimus insuper et perpetuo liberamus
Cmetones et omnes incolas villa predicta
ab omni jurisdictione et potestate omnis

Logni

Legni nostri Palatinorum Castellanorum
Capitaneorum Judicium Subjudicium cete-
rorum officialium et ministerialium eo-
rundem, ut coram ipsis vel eorum aliquo pro
causis omnibus tam magnis quam par-
vis, pleta furti, homicidij, incendij, et
membrorum mutilatione seu quibusvis
alijs excessibus citati minime responde-
bunt, nec aliquas ponas solvere tene-
biendi mercandi, res pro rebus commu=
tand, aliasq' mercaturas et negotiationum
genera et officia pro libito exercend, libe=
re et pacifice. Septimanale vero forum
juxta morem et consuetudinem aliorum
Oppidorum nostrorum in terra Belzen
sittorum singulis septimanis, feriis quin=
tis, ab universis Subditis fidelibusq' no=
stris tenend habend, perpetuo absq ue ta=
men prejudicio aliorum circumjacen
Oppidorum Statuentes insuper, quod qui=
cunq' hominum ad predictum Oppidum
Lachanie fori gratia venerint, nostra et
Successorum nostrorum pocianter se=
curitate plenaria, nisi tales sint, quos
jura non tuentur, et quibus merito conser=
vata fidedignorum denegantur. In cujus
rei testimonium Sigillum nostrum pre=
sens est appensum. Datum in Conven=
tione Piotrkovien generali feria tertia

post

post Dominicam Palmarum Anno Domini Millesimo quingentesimo nono, Regni vero nostri anno tertio. Presentibus Reverendissimo et Reverendis in Christo Patribus Dominis Andrea Dna Archiepiscopo Gnesnen et Primate, Joanne Cracovien Vincentio Wladislavien, Joanne Posnanien Erasmo Plocen, Luca Varmien et Matia Premislien et Regni nostri Vicecancellario Episcopis. Ac Magnificis et Generosis Spithcone de Jaroslaw Cracovien, Nicolao de Camienieez Cracovien, Nicolao Cordzina de Tudbran Calissien, Ambrosio de Lampow Siradien, Jaroslao de Lasko Lancicien, Nicolao de Cretkow Cuiavien, Stanislao Cmita de Wisnicze Russis. Otta de Hodecz Podolie, Nicolao, Firley de Dambrowicza Lublinen, Joanne Odrowanz Belzen, Stanislao de Szczensko Ploren, Spitkota de Treziana Lawen Palatinis. Joanne Zaremba de Calmara Posnanien, Jacobo de Szidlowiecz Sendomirien et Tesaurario Regni nostri. Joanne Taranth de Brasdzow Calissien, Tarnopio Liatalski Gnesnen, Jacobo de Siecluca Wozni-

cen

cen, Joanne de Prierandb Siradien, Andrea
de Cosrzielicz Wolicien, Andrea Lazieński
Sanicien, Stanislao de Kosprzelicez Ieeni=
wladislavien, Andrea de Oporow Brestien,
Joma de Bartnicki Slozen, Petro de Hie=
migloio Lawen. Hieronimo de Cobilani
Kosperien, Joanne de Warnieniecz Leopo=
lien, Nicolao de Pilica Premiflien, Andrea
de Radziejow Sorhaizovien, Nicolao de
Podfilipie Camenecen, Matia Gostomski
Szczmen, Nicolao Camblai Orzinien Ca=
stellanis. Joanne de Lasko Coadjutore
Gnesnen et Cancellario Regni nostri. Sta=
nislao de Chodcz Marfalco Regni. Chri=
stophero de Pidlowiecz Succameranio Ca=
covien, Stanislao Iaworzki Marfalco Curie,
Stanislao Lasocki Poznanien, Alberto
Thora de Glu Dobrzinen Succameranijs,
et alijs quam plurimis Consiliarijs et
Curien nostris, circa premissa astan, fi=
de dignis. Datum per manus ejusdem
Reverendi Patris Domini Joannis de La=
sko Coadjutoris Gnesnen et Regni Polo=
nie Cancellarij ipsorum Nobis dilecti. Jo=
annes de Lasko qui supra Coadjutor Gne=

snen

vnerd et Cancellarius vor. Nos itaque Si-
gismundus Augustus Rex prænominatus
Literas præinsertas et omnia in eis conten-
ta autoritate nostra et totius Conventus
generalis Piotrovien innovand appro-
band et confirmanda et ratifficandas duxi-
mus, uti quidem præsend Literis nostris in-
novamus, approbamus, confirmamus et
ratifficamus, decernend eas vim et robur
debitum perpetuis temporibus obtinere
debere. Quoniam vero in eodem Oppido
Lachanie fora annalia. unum pro festo
Sanctæ Mariæ Magdalenæ, alterum vero
pro festo Sancti Marci Papæ, alias feria
tertia post festum Sancti Francisci Confes-
soris usu et longa consuetudine sint in-
troducta, Quia tamen ab eodem Generoso
Stanislao Trojan Lachanski Vexillifero
Belzen sumus edocti, nundinas præfatas
ipsis diebus pro tempore celebrari solitis
commode agi et haberi illi non pospe. Sup-
plicatum itaque est Nobis pro eodem Gene-
roso Stanislao Lachanski, ut illa ipsa
utrag annalia in alijd tempus commo-

dum

dum transferre et transportare, atque ---
temporibus perpetuis celebrari instituere di=
gnaremur. Quorum Supplicationibus ceti jus
stis benigne annuen, Jura ipsa annalia
utrag, primum quod pro Festo S. Marie Ma=
gdalene celebrari consueverat, ad Diem
Divo Martino Sacram. Secundum vero quod
pro Festo Sancti Marci Papa alias die ter=
tio prox Festum S. Francisci Confessoris,
pro die Sacratissimo Corporis Christi trans=
ponen et instituen duximus, transpori=
musq et instituimus presen Literis, tem=
poribus perpetuis annis singulis celebran.
Citra tamen aliorum Oppidorum et Civi=
tatum nostrorum in vicinia consisten pre=
judicium et detrimentum. In cujus rei fidem
et testimonium sigillum nostrum presen=
tibus est appensum. Datum Petricovie in
Comitijs Regni generalibus Die XII Janua=
rij Anno Domini MDXX. Regni vero
nostri XXX.

Relatio eidem

Confirmatio Literarum Di=

vi

vi olim Sigismundi Legis
constitutionem certam in=
ter Oppidanos et Capitane=
um Przedecen in se conti=
nen

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Exhibitas esse Nobis
per Famatum Paulum Likala Procon=
sulem Przedecen, Divi olim Sigismundi
Legis Polonie Patris nostri charissimi Lite=
ras in pargameno scriptas, Sigillo appres=
so communitas, certam concordiam eorun=
dem Oppidanorum, cum Generoso olim Al=
berto Korczinski protuni Capitaneo no=
stro Przedecen in se continen, varas, salvas,
et integras, nullaq in parte vsuspectas nec
viciatas. Supplicatumq est Nobis pro e=
isdem Oppidanis per certos Consiliarijs
nostros, ut hasce Literas et omnia in eis
contenta authoritate nostra Regia inno=
vare, approbare, et confirmare dignaremur.
Quarum tenor est talis. Sigismundus Dei
Gratia Rex Polonie Supremus Dux Li=
thuanie Russie Prussie Masovie &c
Dominus et hæres. Significamus tenore
praesen

praesentium, quibus expedit Universis.
Quia cum apud Nos quererentur Oppi=
dani nostri Przedecen contra Generosu
Albertum Korierinski Vexilliferum Ca=
stellanum et Capitaneum nostrum Przede=
cen, se ab eo infrascriptis injurijs pra=
vi et gravari, ita de hujusmodi injurijs
inter illos per medium Certorum Consi=
liariorum nostrorum ad hoc delegatorum
constituimus. Imprimis idem Capitaneus
noster nullas congregationes, seu con=
ventiones alias Promadi Oppidanorum
ipsorum facere debet, in quibus judicia
aliqua faceret, nisi eas convocationes
facere poterit ad res aliquas necessarias,
quae ordinem et regimen Oppidi ipsius
requirerent et concernerent. Judicia au=
tem Civilia juxta jus et consuetudinem ipso=
rum statutis temporibus observari et te=
neri debent. Brasea e molendino omen=
surata vero Capitaneus ipsis Oppidanis
justo precio, quando venerint, vendere de=
bebit, quemadmodum in vicinis Civita=
tibus observatur. Item Capitaneus non de=

<u>bebit</u>

bebit prohiber Subditis nostris villarū
ab ipsis Oppidanis cerevisiam recipere, ne-
que ipse cerevisiam suam ad Oppidum ad
propinandum dare. Item idem Capitaneus
res apud artifices factas debet justo precio
emere, et debita retenta solvere. Item fabro
debet justitiam facere de servitoribus suis
quos inculpaverit pro pene et aucis. Item
quia non nulli piscatores questi sunt se
adactos esse ad arendam retium, quo illi-
pidiuntur, et ipse Capitaneus nc ultro
et benevole illos arendam hujusmodi ac-
ptasse et si non esse compulsos, utraque
pars stare debet in recognitione Plebani
Prædecess. Item quod ad eos Piscatores alti-
net, qui singulis septimanis per septem
grossos solvunt et Pisces septimanatim
ipsi Generoso Capitaneo pro mensa tri-
buunt. Si eis grave videtur ~~videtur~~ solve-
re poterint dimittere piscaturam. Item Op-
pidanos dem Capitaneus non debet ad la-
bores inconsuetos hoc est na Uoke loge-
re. Inquilini tamen qui in Oppido ma-
nent et jus Civile non habent, ad horto-
rum laborem semel et bis vocati venire
tenebuntur

tenebuntur, quibus dabuntur expensa
decentes. Item idem Capitaneus cira Bstrow
et hortorum ibidem jacentes, juxta limites
Libinskie villas, quod illis pro gramineto
alias Blonie datum est, eodem Oppida-
nos conservare debebit. Ceteris autem
ci rebus idem Capitaneus prefatos
Oppidanos Prredecen, juxta jura et Privi-
legia ipsorum conservabit. Harumqui-
bus Sigillum nostrum est appressum te-
stimonio Literarum. Datum Petricovie
Feria tercia ante Festum Purificationis
gloriosissime Virginis Marie proxima.
Anno Domini M.D.XLVIII. Regni ve-
ro nostri Anno XLII. Nicolaus Grabia
Regni Viecancellarius est Relatio Ma-
gnifici Nicolai Grabia Castellani Chel-
men Regni Polonie Viecancellarij Leo-
poliens et Capitanei. Nos itaque Sigis-
mundus Augustus Rex prenominatus
Literas preinsertas et omnia in eis con-
tenta authoritate nostra Regia inno-
vandas, approbandas, et confirmandas duxi-
mus, uti quidem Literis hisce nostris in-
novamus, approbamus, et confirmamus,

decernen

decernend eas vim et robur debitum, quan=
tum de jure fuerint obtinere debere. In cu=
jus rei fidem Sigillum nostrum praesen
est appensum. Datum Petricovie Die
XXVII Januarij Anno quo supra

Relatio Andr in Christo
Patris Domini Joannis Sre=
rembski Nominati Episco=
pi Chelmen Archiepisco=
patus Gnanen Coadjuto=
ris et Regni Polonie Vice=
cancellarij

Dapiferatus Calisien
morte Generosi Mathei Po=
thworowski vacans Genero=
so Joanni Krosminski datus. Litera
in forma solita Cancellarie extradita.
Loco die et Anno quibus supra

Relatio cujus supra

Donatio foraliun annalium
Gathen ab extraneis homi=
nibus

nibus exigi solitarum Man=
sionarijs Ecclesie Warthen
et Civibus ejusdem Oppidi
Sigismundus Augustus &c
Significamus presentibus Litenis no=
stris, quorum interest, Universis et sin=
gulis. Quod Nos tum ad interceßionem
certorum Consiliariorum nostrorum no=
mine Mansionariorum et Civium War=
tensium, tum etiam Cultum Divinum
in Oppido nostro Wartha augere ac
commodo et utilitati ejusdem Oppidi
consulere volen, Foralia, quae tempore
liberi Fori Carnium quod Nos isto in
Oppido singulis septimanis, die sab=
bati temporibus perpetuis instituimus
ab extraneis hominibus exigi debent,
mansionarijs Ecclesie Warthen et Civi
bus ejusdem Oppidi danda et donandu=
simus, damusq' et donamus hoc Lite=
ris nostris temporibus perpetuis. Quo=
rum quidem Foraliorum pars sive media=
tas una Mansionarijs pro commodio=
ri sustentatione altera Civibus pro
commodo

commodo Civitatis ejusdem publico ce-
dere debebit. Damus itaq' eisdem Man-
sionarijs et Civibus Warthen praesen-
tibus et in post futuris praedicta Fora-
lia singulis septimanis diebus sab-
batinis, tempore liberi fori carnium ab
hominibus extraneis exigendi et per-
cipien sine cujusvis contradictione et
impedimento. Quod Generoso Hierони-
mo Laurith filio olim Palatini Lenci-
cien Tenutario nostro Warthen pre-
senti et pro tempore existen id denun-
ciamus et mandamus, ne Mansiona-
rios et Cives nostros Warthen in exi-
gen quoquomodo Foralibus ejusmodi
impediat, verum eos hac donatione
nostra perpetua libere uti permittat.
Aliter sub gravi indignatione nostra
non facturus.

Approbatio Literarum Do-
nationem perpetuam Oppidi
Kozinynek ac aliorum ad
illud

illud pertinend in se conti=
nend.

In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos i=
taque Sigismundus Augustus Dei gra=
tia &c. Polonie &c. Significamus pre=
sen Literis quorum interest univer=
sis tam ijs qui nunc sunt, quam qu
postea futuri sunt. Exhibitas esse
Nobis nomine Generose Barbare
de Karnienicz relicte vidue, Genero=
si olim Nicolai Mnischek de Magna
Kuneziize Cubiculi nostri Prefecti ac
Putcovien Sokaliensque Prefecti ac fili=
orum et filiarum ejusdem Barbare
Literas nostras in pargameno scriptas,
ac cerda vernia et Sigillo appenso com=
munitas ac manu nostra propria
subscriptas, eisdem Vilno per Nos con=
cessas, sanas, salvas, et integras, nullaq
in parte suspectas nec viciatas, Dona=
tionem perpetuam Oppidi Kozirinek
Biala Kaniowolag villarum in se
continend. Supplicatumq est Nobis
nomine

nomine ejusdem Generose Barbare de Ca=
mierierz ac filiorum et filiarum ut hasce
Literas nostras et omnia in eis contenta
in hac presenti Conventione Generali Pio=
trkovien nostra Regia et totius Conven=
tus authoritate innovare approbare con=
firmare et ratificare dignaremur. Quarum
Literarum tenor de verbo ad verbum sequi=
tur et est talis. In nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Cum in re=
bus humanis nihil sit tam firmum et
stabile, quod temporis diuturnitate non
intereat nisi Literarum beneficio ab obli=
vione vindicetur. Solent itaque Leges et
Principes quorum memoriam volunt esse
perpetuam ea Literis commendare, et pre=
sertim cum pro meritis dignis aliquem
ornaverint premijs, ut et eorum munifi=
centia in bene de eis meritos extet testimo=
nium et ceteri ad bene merendum de illis
excitentur. Proinde Ego Sigismundus Au=
gustus Dei gratia Rex Poloniæ magnus
Dux Lithuaniæ nec non terrarum Cuiaviæ,
Pendomiriæ, Pyradiæ, Penciciæ, Cujaviæ, to=
tius Lubliæ et Prussiæ Masoviæ Samo=

gitiæ

gitio, Culmen, Elbingen Pomeraniæq' ac
Dominus et hæres. Significamus præsen Lite=
ris quorum interest universis tam iis, qui
nunc sunt, quam qui postea futuri sunt.
Quod cum Generosus olim Nicolaus Mnis=
zek de magna Cunicziæ Cubiculi nostri
Præfectus et Succomien Sokalien q' Capita=
neus dum in humanis ageret, ea semper
in nos fuisset fidei strictioris observantia,
ut nihil unquam, quod ad boni et fidelis
Officialis nostri munus pertineret, deside=
rari in se passus sit. Ejus itaque grata me=
ritorum recordatione adducti, facere non po=
tuimus, quin in posteritatem quoq' illius
aliquod gratiæ nostræ Consiliariorum no=
strorum Nobis præsentium præcedente
consensu. Ipsius Generosi olim Nicolai
Mnizek posteritati, Generosis videlicet
Barbaræ de Kamieniecz Conjugi, Joanni
Succovien, Georgio Sokalien Capitaneis et
Nicolao Burgrabio Cracovien filijs, et Ca=
therinæ et Barbaræ filiabus ex eodem Ge=
neroso Nicolao Mnizek et prænomi=
nata Barbara de Kamieniecz procreatis
et eorum legitimis Successoribus sexus
utriusque Bona nostra Legia Oppidum
antiquum

antiquum Radzin nunc vero Kozirinek
dictum in terra et districtu Luvovien sit.
cum villis Kozirinek, Biala, Kamionow-
lia alias Bludi ac Advocatia in proja-
to Radzin sive Kozirinek cum omnibus
ad ea pertinen, cumq' omni pleno jure do-
minio, et proprietate danda, donan, et
conferen duximus, damusq', donamus, et
conferimus presen Literis titulo mere, pu-
re, perpetuo, et irrevocabilis donationis cum
omnibus fundis, agris, cultis et colendis
pradijs, molendinis, pratis, stagnis, fluvijs
silvis borris gayjs cum jure Patronatus
Ecclesia Parochialis ejusdem Oppidi cum
alijs in universum partibus et pertinen,
omnibus ad Oppidum prenominatum et
villas ex antiquo pertinen, quas hic omnia
et singula pro expressis habere volumus,
ita late longe et circumferentialiter, prout
in suis metis et limitibus ex antiquo una
cum villis et Advocatia in prefato Oppi-
do et Advocatia Radzin seu Kozirinek
superius expressis consistit et ab alijs fun-
dis et villis vicinis est distinctum, cum
omnibus quoq' redditibus, proventibus, uti-
litatibus

litatibus nullis penitus exceptis, que nunc
in Oppido ac Advocatia ejusdem Oppidi
et villis prænominatis sunt et in poste=
rum humana industria inveniri et ex=
cogitari poterint, etiam cum ijs, qui hic
specificati et expressi non sunt. Ita quod
specialitas generalitati, generalitas vero
specialitati, specificatio vero non specifi=
cationi in nullo deroget. Nihil nobis
et nostris Successoribus Legibus Polonie
juris dominij et proprietatis ibidem reservan,
sed totum in ipsos Generosos Barbaram Ma=
trem, Joannem Georgium et Nicolaum filios
ac Catharinam et Barbaram filias et eorum
Successores vestros utriusque transferen. Seri=
pseos Generosos Barbaram Matrem, Joan=
nem Georgium et Nicolaum filios, Caterinã
et Barbaram filias bona prænominata
Oppidum videliet Kozieniek ac Advocatiam
ibidem, cum villis Kozienyek, Biala et
Caniowolia cum omnibus ad eas pertinen,
tenen, haben, et perpetuo cum omni jure
Dominio et proprietate, hæreditarie more
aliorum Equestris Ordinis Regni nostri ho=
minum possiden, dan, donan, venden com=
mutan

mutan, et in eos, quos illis et eorum Successoribus jeans utriusque videbitur, usus liberi converten temporibus perpetuis. Damus insuper ipsi prenominato Generoso Barbato cum liberis ejusdem ac eorundem posteris, liberam ad Oppidum ac Advocatiam et villas prenominatas lignorum tam pro edificijs quam foco in Sylvis Capitaneatus nostri Lucovien inuisionem, vino ullo Capitaneorum nostrorum Lucovien pro tempore existen impedimento. Expeditione tantum bellica et alijs Reipublico oneribus salvis ibidem manend. Eamque inde eidem Generoso Barbato cum liberis ejusdem permittimus quandocung voluerit, vigore presen Donationis nostre perpetue et hereditarie adire possessionem ejusdem Oppidi Korzinek simul et Advocatie ac Villarum Korzinek, Biela, et Kaniowolia per ministerialem quemcunque sibi ac quocung Judicio terrestri vel officio Castren deputatum obtinuerint. In quorum omnium fidem et testimonium evidentius, Sigillum presen Literis manu nostra subscripsimus, et Sigillo

nostrum

nostrum appendi mandavimus. Datum Vilne
in vigilia Sanctorum Simonis et Iude Apo=
stolorum. Anno Domini MDLVIII Regni
vero nostri Anno vigesimo octavo. Presen
Reverendo in Christo Patre Magnificis Vene=
rabilibus et Generosis Domino Ioanne Lize=
rembski nominato Episcopo Chelmen et Re=
gni nostri Vicecancellario. Fabiano Czema
Palatino Mariemburgen Tucholien Starqar=
dien Capitaneo, Floriano Zebrzidowski Lu=
blinen Arcis nostre Cracovien Burgrabio
Gabriele Tarlo de Szrzetkarzewicze Ladomi=
en, Serenissimo Domino Conjugi nostro
Charissimo Curie Magistro et Chelmen Ca=
pitaneo, Martino Zborowski Casimirien
Nicolao Radziejowski de Radziejowicze Po=
dlachien et Telonei nostri aquatici in flu=
vio Istula Prefecto Castellanis. Ioanne de
Ocziecspino Regni nostri Cancellario Crac=
vien, Gnesnezimen, Zatorien, Sandecen
Obstinerg Capitaneo. Nicolao Trzebuscho=
wski Cubiculi nostri Prefecto Burgrabio
Arcis nostre Cracovien, ac Brzesten, Po=
gorznen, Selovien Capitaneo, Alberto Ki=
ski Succamerario Slonen et Dobrzinen, Io=

arme Latalski de Labiszin Iuniewladislavi-
en, Stanislao Ostorog de Lwowek Mie-
dzirzecen Capitaneis, Andrea Przerembski
Ciechocinen Stanislao Karnkowski Iuris U-
triusq Doctore Wieluncn, Stribono Koziko
wski Wladislavien Canonicis Secretarijs
nostris et alijs quam plurimis Dignitarijs
Officialibus circa premissa existen. Datum
per Manus prefati Andi in Christo Patris
Domini Ioannis Przerembski Nominati
Episcopi Chelmnen et Regni nostri Vice-
cancellarij sinceri Nobis Dilecti. Sigismun-
dus Augustus Rex vot. Nos itaque Si-
gismundus Augustus Rex prefatus Li-
teras nostras et omnia in eis contenta
ratas et firmas esse volen, validioresq et
firmiores eas reddere cupien, nostra et
Conventus presentis authoritate innovan
confirmandas approbandas et ratifican
duximus, uti quidem Literis hisce nostris
innovamus, approbamus, confirmamus,
et ratificamus, easque robur debitæ et per-
petuæ firmitatis habituras decernimus.
In harum quibus Sigillum nostrum est appen-
sum testimonio Literarum. Datum Petri-

covie

vorie in Comitijs Legni generalibus.
Die XVIII Mensis Januarij Anno Dñi
MDLIX. Legni nostri XXIX. Prasentqui=
bus supra

Relatio cujus supra

Donatio perpetua duarum Institarum toti communita= ti Oppidi Szadek in circulo ejusdem sittarum.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Quia Nos ad Intercessi=
onem quorundam Consiliariorum nostro=
rum pro Providis Consulibus totaque com=
munitate Oppidi nostri Schadek apud
Nos factis, consulereque volentes ration=
bus illorum quo civius Oppidum illud
ad meliorem conditionem deveniat pro=
sit. Ipsis Consulibus totique communitati
Oppidi praefati modernis et pro tempor
existentibus duas Institas in circulo Op=
pidi nostri nostras per Capitaneum no=
strum modernum pro commodo fisci, in=
ter edificatas ex cera et Advocatiales In=
stitas

stitas ex altera Partibus sittas, quas Capi=
taneus noster præfatus in arca eorum
Civili
construxerat et census ex eis pro Fisco
nostro percipiebat, de gratia nostra spe=
ciali dedimus contulimus, damusque
et conferimus perpetue et in eorum per
ipsos Consules totamq' communitatem
modernos et pro tempore existen præ=
dictas duas insulas earumque areas cum
omnibus et singulis earum utilitatibus
censibus ex eis provenien ac univer=
sis pertinen nihil juris pro Nobis et
Successoribus nostris in eis reservan
tenen, habend census ex eis percipien
pacifice et quiete possiden et in usus
Oppidi præfati prout illis melius et u=
tilius videbitur temporibus perpetuis
convertend. Quare Tibi Generoso Stanislao
a Skarnow Castellano Zawichostien Regni
nostri Tesaurario Syradien Ostrzeszovien
et Lowicien Illius Capitaneo moderno et alijs
pro tempore existen id immolescen man=
damus, quatenus præfatos consules totamq'
Communitatem Oppidi nostri Pshadek
in hac

in hac donatione nostra conservet, ne
ve amplius in prefatas duas Instit[a]s
ingeret, neque census deinceps ullos
ex eis percipiat, exigig a nemine jube=
at, sed eos pacifice in earum usu et pos=
sessione permittat. Pro officio suo et
gratia nostra aliter non facturi. In fi=
rum testimonio Literarum quibus Si=
gillum nostrum est appensum. Datum
Petricovie in Comitijs Regni generali=
bus. Die XIX mensis Januarij Anno
quo supra

Relatio ut supra

Confirmatio binarum Lite=
rarum infradescriptarum
pro parte Nobilis Gabrie=
lis Grodzieczki.

In Nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigis=
mundus Augustus Dei gratia Rex
Polonie ac Significamus ac Exhibitas

esse

ese Nobis Literas bina in pargame-
no descriptas. Primas quidem sub titulo
et Sigillo Serenissimi olim Casimiri Re-
gis Polonie Avi nostri et manus sub-
scriptione Venerabilis olim Friolis de
Gorka protune Regni Polonie Cancel-
larij, Secundas vero sub titulo et Si-
gillo ejusdem Serenissimi Regis Polo-
nie et subscriptione Venerabilis Ce-
stai de Kurozwanki, varas salvas
integras et nulli vicio suspicionis ob-
noxias. Supplicaturque est Nobis est
Nobis pro parte Nobilis Gabrielis Gro-
dzieczki ut easdem autoritate nostra
Regia approbare et confirmare dignare
mur. Quarum tenor est iste. In nomine
Domini Amen. Ad perpetuam rei me-
moriam. Cum actiones quas mundus
ordinat sepe Successionis temporis ab-
olentur, nisi Characteribus Literarum
consolidentur. Proinde Nos Casimirus
Dei gratia Rex Polonie nec non Cra-
covie Pendominie Russie Prussie Masouie Cu-
javie Magnus Dux Lithuanie Ruf-
sie Prussie nec non Culmen Elbin-
gen

gen et Pomeranie Terrarum Domi=
nus et hæres de Lobis et Successo=
ribus nostris commodum sub felici re=
gimine proferre ac augere cupien,
sagacis Viri Andraszek de Fabrica
nuncupata Fila Mineratoris Ferrei
ingenio et industria perspectis Sibi
nostro in Regno in territorio Crzepicen
Mineram Ferream de nova radice ex=
truere ac erigere ac utilitatibus ejusdem
singulis perpetuis temporibus liber
uti dedimus et admisimus, damus que
admittimus per presens cum et Succes=
sores suos singulari liberalitatis no=
stre prerogativa Juliensis inscri=
pta. Imprimis itaque ut labori cui se
submisit ipse et Successores ipsius eo cu=
pidius et celerius valeant intendere, si=
bi quoddam Nemus, a Fabrica usq' ad
vetus iter, quo ex antiquo itur a villa
Truskoliasi exeuden, campumq' perro=
borum excisionem supereminentem pro
se colendo et in beneplacitos usus
convertend. Item Flumen alias Struzien

inferius

inferius piscina ipsius usuala Cme=
tonis usque ad Piscinam magnam,
quæ est in fluvio Kostrzina de quo
flumine potuerit sibi piscinas aut
prædata prata facere. Item piscinam
quæ est in fluvio Kostrzina, quæ quon=
dam ad villam nostram Copie perti=
bat, tali conditione interjecta, si villa
ipsa Kopie ad præsens deserta, unquo
tocabitur aut per Incolas, ut antea, ha=
bitabitur dicta piscina ad prædictam vil=
lam et Castrum nostrum Krzepice de=
bebit redire pleno jure. Item loca libe=
ra alias Lasy in Sylvis et Borris Capi=
taneatus prætactis, in quibus carbones
exuere, et prata seu campos pro Cul=
tura facere possent. Item liberam mine=
ram ferrarum in locis quibuslibet villarum
Castren præsertim Dankowicza, Thru=
szkolaszy, Dranicza, et Zakrzew, pa=
bulaque libera absque ullo Cmetonis
detrimento in sylvis et bonis ac
memoribus Castren præter damnum et
melonum gramina pro sua neces=
tate

tate Jaleastrae marcam sibi etiam ex=
ciden, pro campo et agricultura, quae jacet
inter Sylvas Dobrodzieri et Chorzieni=
cza. Item spaciam libenem ab aggere
Piscinae ipsius Fabricae ad summitatem pi=
scinae dictae Mlinczyński pro pratis sibi
colligen. Item propter defectum, ac decre=
scentiam aquae ipse Andreas et minerator
a labore Fabricae ut non cogatur desistere
sibi et suis posteris Fabricam alia Domar=
ca in Piscina Mlinczińsko extruere. Pro cele=
riori ejusdem Fabricae et piscinae perfecti=
one, Villas praenominatas Dankowicze
Thruszkoliasi, et Wranicze in subsidi=
um ac juvamen cum necessitas postula=
verit per eas sibi praestan adjungimus.
Item Fluvium Chorzanka in superiori par=
te majoris piscinae, ubi principalis Fabri=
ca fixa est fluentem, pro ratione, piscina
defectu aquae frustrata, praescripta omnia
cum omnibus et singulis eorum et mine=
ra praenominata utilitatibus, redditibus,
proventibus, agris, pratis, campis, Sylvis,
nemoribus, sibi Andraszek et suis Succes=
ribus

ribus legitimis damus et largimur teno-
re presentium mediante, pereum et Suc-
cessoribus suis legitimes teneri habere pa-
cifice et quiete possideri, vendere, donare,
commutare, alienare, et quibuscunq; suos et Suc-
cessorum suorum beneplacitos convertere
temporibus perpetuis et in eorum dura-
turq. hoc tamen salvo, quod ipse prafa-
tus Andreapek Minerator et sui Suc-
cessores seu posteri, ratione prerogative
et donationis nostre suprascripte pro
nostra et Castri nostri Crapicze quolibet
quartali anni singulis annis, necessi-
tate vel cum ferri de minera prafata
dare et solvere tenebuntur et debebunt. In
cujus rei evidentiam testimonium Sigillum
nostrum jussimus subappendi. Datum in
Conventione Piotrcovien generali feria ter-
tia post Festum S. Bartholomei proxi-
ma, Anno Domini Millesimo quadrin
gentesimo septuagesimo sexto. Presen-
tibus Reverendissimo et Reverendis in
Christo Patribus Dominis Jacobo Archie-

piscopo

piscopo Gnesnen et Primate, Andreæ Po=
znanien et Zbigneo Wladislavien Episco=
pis et Regni Poloniæ Vicecancellario, nec
non Magnificis et Generosis Derslao de
Lituani Cracovien, Stanislao de Ostroroz
Posnanien, Mathia de Bnin Calisien et
terrarum majoris Poloniæ Capitaneo gene=
rali, Nicolao de Brudzewo Syradien Ni=
colao de Curnino Lancicien, Andrea de Cie=
thow Cuiavislavien, Dobeslao Comitha
de Widawie Lublinen, Groth de Nowe=
micasto Lowen Palatinis, nec non Joan=
ne de Ostrorog Posnanien, Joanne de Lithui=
ani Sendomirien et Regni Poloniæ Mar=
scalco, Bartolomeo de Iwanowicze Calis=
vien, Joanne de Kalinowa Siradien, Do=
beslao de Cuorowanki Lovicien Regni Po=
loniæ Thesaur et Crzepicen Capitaneo Castel=
lanis, aliisque quam plurimis ac premis=
sa. Datum per manus Venerabilis Nicolai
de Gorka, Gnesnen Posnanien Ecclesiarum
Præpositi, Cantoris Sendomirien et Cano=
nici Cracovien Cracovien, Regni Poloniæ
Cancellarij signeræ Nobis Dilecti. Casimi=
ri Dei gratia Rex, Poloniæ, Magnus
Dux

Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæq; Dominus
et hæres. &c. Significamus tenore præsen-
tium quibus expedit Universis. Quomodo
olim exposuisset coram Majestate nostra
Nobilis Stanislaus Krzewania de Komini-
cza, quod licet ipse superiori tempore mine-
ram certam Syla dictam in bonis nostris
Grzepien villam pro certa pecuniarum
summa apud providum Matiam Miniera
torem in præsentia Magnifici Dobaslai
de Kurozwanki Palatini Lublinen nunc
vero Castellani Siradien et Capitanei Grze-
pien et aliorum se cum Fidelio Castren
præsidentium comparasset, tunc ipsi Sta-
nislao Krzewania resignatam, in cujusq;
Minere possessione fuit semper, et eo usque
possessione pacifica fuerit, tamen, quia e-
am emit sine speciali admissione nostra.
Deinde exhibitis coram Nobis emptionis
suæ Literis, atque resignationis in perso-
nam suam factis petunt humiliter empti-
onem resignationemq' hujusmodi sibi per
Nos admitti, approbari, et ratificari; Qua-
rum quidem emptionis et resignationis
Literarum tenor sequitur in hæc verba:

Nos

Nos Dobeslaus de Kurozwanki Castella=
nus Siradien Legnig Polonie Cuiuser et Te=
nutarius Krzepicen, Przedborien Lotuschicz=
ki de Lzansiana Cudes, et Clemens de Za=
rorniowiece Subjudex ejusdem Castri Crze=
picen. Significiamus tenore presentium
universis quibus expedit, tam presen quam
futuris presentium notitiam habituris.
Quia veniens ad nostri presentiam Providus
Matias Mineralor in minera dicta Sila,
post obitum fratris sui germani Andra=
eek prefata minere heredis ad eum ju=
re propinquitatis devoluto here legiti=
mus et Cumesper, recognovitj quod non=
compulsus aliqua vj, vel metu coactus,
sed sponte, liber, ultroneé consilioj ami=
corum salubri et bona mente fretus, non
per errorem aut improvide, sed de certa sci=
entia minieram prefatam Sila ad se here
ditario devolutam et pertinen pro trecen=
tis marcis communis pecunie numeri
et monete Polonicalium in regno curren,
in quamlibet videlicet marcam quadragin=
ta grossos computan, vendidit, resignavit,
et inscripsit. Nobili Stanislae Krzizania

do

de Korimiza,= venditq', et resignat, et in=
vestit per presentes cum omnibus ejusdem
minere utilitatibus, redditibus, et emolumen=
tis universis, que ibi hactenus sunt, vel
in posterum quacunq' arte vel ingenio es=
se possent, et prout prefata minera in lon=
gum, latum, et circumferentialiter in suis
metis est distincta et ex vetustate tanta
libertatibusq' et donationibus Regie Ma=
jestatis dotata, justa quod Privilegia et
munimenta ipsius Regie Majestatis pre=
dicte minere et suo Mineratori prefato
Andraszek defuncto, germano olim dicti
Matis collata plenissime continent. Que
omnia etiam prenominatus Matis pre=
dicto Stanislao Krziwanic contulit co=
ram Nobis et effectualiter dedit, pro fir=
miori vero hujus ei venditionis robore
et stabilimento, nihil juris, proprietq
tatis, tituli, vel dominij, sibi et suis Suc=
cessoribus vel propinquis in eadem mine=
ra relinquend vel reservand. Sed omne jus
quod sibi in dicta minera quomodolibet com=
petebat competitq' debet ave et suis pro=
pinquis amovens in predictum Stani=

slaum

slaum Krziwania et suos Successores conse-
rendo et totaliter effundendo per prefatum
Dominum Stanislaum Krziwania et suos
Successores teneri, haberi, possidendam, ven-
den commutan et in usus beneplacitos
convertendi, justa quod sibi melius vide-
bitur expedire. Promittens prefatus Matias
predictum Krziwania et suos posteros in-
tercedere et evincere a quolebet impedimen-
to, Lite, et vexatione cujuslibet persone
secundum quod ad quamlibet personam per-
tinet prescriptio et evictio, singulag' de
jure vigna maxima vel minima pre-
dictos Krziwania sive per Litas sive quo-
que vis modo a quacung' persona dicta
mineris occasione intraverit prefatus Ma-
tias in se transfumanda suisq' posteris in
formanda et resarcienda Prefato Krzy-
wania promisit et se submisit. Cui jam
realem et actualem dedit in mineram pre-
dictam Intromissionem. Juxta quod hec in
Actis Castri Prefati Krzepicze pari verborum
tenore sunt inscripta, ex quibus mineta
hec presens vigillis nostris subimpensis,
et de nostro consensu pro majori horum
certitudine

certitudine est recepta. Actum et Datum
in Castro Crzepicen Sabbato ipso Die con=
versionis Sancti Pauli Apostoli. Anno Do=
mini Millesimo quadringentesimo octoge=
simo tertio. Præsentibus Venerabili Dño
Andrea Præposito Monasterij Klobucen et
Nobilibus Joanne de Potok, Stanislao de Ki=
dawa, Stiborio de Korniatowice Terriæ=
nis et Andrea Lischka Provisore de Klo=
buzko aljs quam pluribus fidedignis.
Tenorem intercedentibus pro ipso Stanislao
Kerniwania ac Nos nonnullis Consilia=
rijs nostris, nos intuitu intercessionum
hujusmodi pro eo ac Nos Jactarum, atque
servitiorum ipsius Stanislai Fidelium, qui=
bus commendatus existit Nobis, volen
eum gratia prosequi speciali nostra, de
certa scientia benignitateq; et virtute Re=
gia emptionem et resignationem præsen=
tem admittendum et approban duxi=
mus, admittimusq; et approbamus tenore
præsentium mediante. Decernentes mine=
ram hanc per ipsum Stanislaum et Suc=
cessores ipsius juxta vim et continentiam
in tenore Privilegij nostri super eam ipsis

minoram

mineram superiori tempore concessi descri-
ptam, tenend et possidend, utifruend pacifice
et quiete. Iuribus tamen nostris semper
salvis. Harum quibus Sigillum nostrum
est subappensum testimonio Literarum.
Datum in Conventione Piotrcovien generа-
li Feria sexta in Crastino ascensionis Dñi.
Anno ejusdem Millesimo quadringentesi-
mo octogesimo octavo. Cresteus Canella-
nus Relatio Venerabilis Crestai de
Curozwanki L. P. Cancellarij. Nos autem
Nes prefatus supplicationi prefate an-
nuen, Literas suprascriptas in omnibus
clausulis punctis et articulis autoritate
nostra approbam confirmam duximus,
approbamusq; et confirmamus presentibus,
decernen eas et omnia in eis contenta no-
bur debitum obtinere debere. In cujus rei
fidem &c. Datum Petricovie XX. Die Janu-
arij Anno Dñi MDLIX. Regni vero no-
stri XXIX. Presen quibus supra.

Relatio Andr in Christo Patris
Dñi Joannis Przerembski Nomi-
nati Episcopi Chelmen, Archieppa-
tus Gnesnen Coadjutoris &c. L. P. Vice-
cancellarij

Consensus generalis Generoso Stanislao Koniecz-polski Capitaneo Wielunen datus ad eximen omnes villas, Advocatias & Sultetias et alia quævis bona in dicto Capitaneatu consisten, de manebus modernorum et futurorum eorundem bonorum Possessorum. Litera in forma Canellaria extradita. Petricovia, Die et Anno ut supra

Relatio cujus supra

Donatio perpetua duorum Mansorum et horti in villa Lomżiże jacen, Generoso Stephano Janikowski Vicecapitaneo Branscen.

Sigismundus Augustus &c
Significamus &c Exposituum esse coram Nobis nomine Successorum olim Nobilis Joannis Janikowski, illis a Serenissimo olim Sigismundo Poloniæ Rege Parente nostro

desidera-

desideratissimo, ties mansos ab Advocatia
sive Sultetia, quam a Prædecessoribus no-
stris in Villa nostra Lomzienie habuerunt
et possiderunt, non persoluta summa super
eis assignata, in usum suum ademptos es-
se. Quod postea Hos Ecclesiæ Lomzen Vica-
rijs dedimus et donavimus. Supplicatum
itaq; nobis est per certos Consiliarios nostros,
pro parte Generosi Hipolith Tanikowski
Viecapitanei nostri Branscen, ut loco sum-
me prædictæ, ratione ademptorum lanco-
rum debite, illi duos mansos cum hor-
to ibidem adjacente dare et donare digna-
remur. Quorum supplicationibus benigne
annuen Generoso Hipolito Tanikowski,
Viecapitaneo nostro Branscen et Legiti-
mis ejus Successoribus ratione summæ præ-
dicte duos mansos cum horto ibidem in
villa nostra Lomzienie in Districtu Lomzen
circa prædictos tres mansos ademptos,
quos nunc Vicarij Ecclesiæ Lomzen te-
nent et possident ab una latera, ab alte-
ra vero a Subdito nostro Kowalewski
jacentes, quorum longitudo a fluvio Boze-
nitze

niere ad alterum Fluvium villa no=
stra Lomziriæ tendit cum horto ibidem in
ripp[i]a Fluminis jacen[s], qui vulgo Kowalio=
wski appellatur ita uti in limitibus et fini=
bus suis antiquitus circumscripta et posses=
sa fuerunt, cum omnibus ad eos pertinen[s]
proventibusq[ue] et utilitatibus illorum uni=
versis, nullis ibidem pro Nobis reservatis
ita uti ad eam Diem tanta et possessa sunt
dandos, donan[s], et conferen[s] duximus, damusq[ue]
donamus et conferimus præsen[s] Literis nris
perpetuæ et irrevocabilis donationis titu
lo per præd[ict]os Generosum Hipolitum Ja=
nikowski et Successores illius legitimos
prædictos duos mansos cum horto adjacen[s]
habend tenend cum omni jure Dominii et pro=
prietate perpetuo et in ævum possiden[s], quin
et dan[s], donæn[s], venden[s] permutan[s], alienan[s]
et in quos voluerit aut legitimi ejus Suc=
cessores voluerint usus convertend, nostro
tamen, Serenissimorum Successorum no=
strorum consensu ante omnia accedente
nihil Nobis in eisipsis mansis et horto
neq[ue] Sermis Successoribus nostris juris,
dominij aut proprietatis reservan[s], quin
potius

potius Jus totum in Generosum Hipoli-
tum et Successores ipsius transfundentes.
In cujus rei fidem ei Datum Petricovie in
Conventione generali Regni. Die 1ª Jan-
arij. Anno quo supra

Relatio ut supra

Consensus Generoso Dobro-
gostio Potworowski ad obli-
gan Villam Sagiewniki datus.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presen Literis quorum inter
est Universis. Quod nos annuen supplic-
cationibus quorundam Consilianorum no-
strorum pro Generoso Dobrogostio Potwo-
rowski Subjudice Calissien, Possessore moder-
no ville nostre Sagiewniki desertæ in ter-
ra et districtu Siradien apud Nos factis,
ipsi consensimus et permisimus potesta-
tem obligandi villam nostram prefatam
Sagiewniki coram actis quibuscung cui-
cung persone voluerit, citra tamen augmen-

tum

tum et excessum Summa originalis in ea=
dem villa juste et legitime inscripte, con=
ventumq' et permittimus harum serie
Literarum. Cui quidem Dobrogostio Sotwo=
rowski eandem villam ita per eum oppi=
gnoratam, liberum erit quandocunq' vo=
luerit, aut necessitas illius postulaverit,
de manibus illius possessoris redimere. Ha=
rum testimonio Literarum ac Datum ut
supra

Relatio cujus supra

Conservatio ad vitam Lobi=
lium Stanislai Kawieczki Ad=
vocati in Stararawa ac Si=
monis et Matei filiorum ejusdem in
quieta possessione et usufructu libero ser=
vitii Advocatie predicte in Stararawa,
Littere in forma Cancellarie extradite. Pio=
trkovie Die XX. Januarij Anno quo su=
pra.

Relatio

Donatio

Donatio medij mansi Agri in villa majori Wolia jacen Joanni Wilk Advocato Warsovien.

Sigismundus Augustus &c

Significamus praesen Literis quorum interest universis. Cum nobis exposuisset Nobis famatus Joannes Wilk Advocatus noster Warsavien Serenissimam olim Dominam Bonam Reginam Poloniae Parentem nostram Charissimam pie commutatorio accepisse sibi Sepisterium alias Smielnik illius proprium et hereditarium et in locum recompensa dedisse illi mansum agri in villa nostra majori Wolia vtt. Quoniam vero graviter questus est in hoc sibi factam esse per praedictam Serenissimam olim Matrem nostram injuriam damnumq non mediocre, dedisseq suam Majestatem illi bona, bonis suis non aequivolentia. Supplicavit itaq Nobis humiliter, quo illi pro indemnitate prospicere revisoresq nostros dare et deputare dignaremur. Nos petitioni illius aequi ac cend, nolendq injuriam alicui Subditorum

nostrorum

nostrorum fieri putaveramus Revisores
nostros ad eadem bona prius conspicien=
da. Qui quidem Literis suis patentibus, Si=
gillis suis obsignatis, ita ve rem habere de=
claraverunt. Quibus visis Nos prefato Joan=
ni Dilk Advocato in recompensam bone=
rum ipsius prefatorum ad predictum Man=
sum prius illis per Serenissimam Do=
minam matrem nostram datum, in predi=
cta villa nostra majori Wolia alium medi=
um mansum agri in quo nunc resid et Co=
lonus Laboriosus Jolicet dari, donari,
et conferri duximus, damusq' donamus et
conferimus, per ipsum Joannem Advocatum
ejusq' legitimam posteritatem cum omni ju=
re domonio, et proprietate predictum medium
mansum, cumq' omnibus et singulis ejus uti=
litatibus, censibus, fructibus, proventibus et
generaliter omnibus pertinen, nihil pro No=
bis juris, dominij, et proprietatis in eo Suc=
cessoribusq' nostris reservan, ita lato, longo,
et circumferentialiter, quemadmodum in suis
metis et limitibus ab antiquo est tentus et
possessus, nullis prorsus utilitatibus ibidem
pro

pro Nobis Successoribusq nostris reservatis
tenen, haben, utiſruen pacifice et quiete
per illum Successoresq illius possiden perpe=
tuis temporibus. Onera autem ejusdem me=
dij mansi, que hactenus fuerant, a modo et
deinceps tollimus et abrogamus, liberumq
et exemptum ac immunem illum ab eis faci=
mus, perpetue et in evum tenore presen=
tium mediante, in cujus rei testimonium Si=
gillum nostrum presentibus est appensum.
Datum Petricovie in Comitijs Regni gene=
ralibus. Die et anno ut supra.

Relatio cujus supra

Confirmatio Literarum Dona=tionem Advitalitiam trium mansorum cum medio agri Nobili Joannis Balinskis in se continen.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presen Literis &c Exhibitas
ejs Nobis nomine Nobilis Joannis Ba=
linski Literas infrascriptas expressas in pargame=

no

no veriptas, sub titulo et Sigillo ac ma=
nus Subscriptione Generosi Stanislai Comi=
tis de Gorka Capitanei Colen donationem
advitalitiam duorum mansorum cum me=
dio agri et alias certas prærogativas in
se continen, varas valvas ac in ulla parte
vuspectas. Supplicatumq nobis est, ut eas=
dem autoritate nostra Regia confirmare
dignaremur. Quarum tenor de verbo ad
verbum sequitur et est talis. In nomine Do=
mini amen ad perpetuam rei memoriam.
Stanislaus Comes a Gorka Colen Capitaneus.
Significamus præsen Literis quorum interest
universis. Quod Nos haben perspectam ra=
tionem fidelium servitiorum Nobilis Joan=
nis Balinski Servitoris nostri qua ante=
cessoribus nostris Nobis demique exhibuit
et post hac exhiben intendit eidem Joanni
Balinski ac Consorti ejus legitima Bar=
bare ambobus in solidum Conjugibus tres
mansos cum medio agri liberos, alias Wloki
nuncupatos, quas Cives nostri in hac tenus
colebant, in hæreditate Oppidi Brdow in=
ter aliorum Civium agros jacen, cum eorun=
dem trium mansorum cum medio omnibus
attinen

1171

1179

attinentijs alias prziedzialkami hortisq' et
pratis ac pertinentijs universis ad eosdem
mansos Wloki et prziemiarki ab antiquo
spectand et pertinend, ita late, longe, prout
ab antiquo sunt distincta et emensurata
et prout eosdem antehac Oppidani Brdowi=
en tenebant et possidebant, damus et gra=
tiose concedimus inscribimus et donamus
prout de facto presen Literis nostris dedi=
mus concessimus et donavimus ac vita
eorum extrema tempora, cum plena et o=
mnimoda facultate in lacu nostro pisca=
tione piscium pro usu suo domestico re=
te Zabrodnia dicta veletiam Drzabieza,
ac libera sejsione roborum diversorum in
borris et Sylvis ad Capitaneatum Colen et
Oppidum Brdow ab antiquo spectan et
pertinen pro edificijs et usu domestico. Per=
mittimus quoque prefatis Conjugibus libe=
ram facultatem in agris eorundem Manso=
rum circa vias magnas eisdem Agris vi=
cinas in quocunque loco eisdem visum fu=
erit et quodcunq' locum ipsorum aptum ad
elegerint edificandi Curiam seu domum, hor=
reum, allodium, brasatorium, caupronam

alias

alias Karcime, Stabula, pro statuendis e=
quis advenarum seu hospitum, et alia o=
mnia edificia eidem Conjugibus quomodo=
cunq; opportuna vel si etiam Domum seu
aream in Oppido prefato emerint, et acqui=
sierint, in qua edificata seu empta libere
erit eis cervisiam coquere, coctamque liber
ac vina mel et id genus propinare et ven=
dere, omnes mercantias liber exercere. Quos
Conjuges ab omni jurisdictione et jure Civi=
li, quo Cives Brdowen utuntur, et ab omni=
bus redditibus, laboribus, censuris, vectu=
rijsq; ac dationibus generaliter civilibus
eximimus et liberos per omnia facimus,
Per ipsos Conjuges bona prefata tenenda, ha=
bend, possiden, et ad usus suos beneplacitos
et suorum successorum liber convertend, Pro=
mittentes verbo nostro Regio ipsos Conju=
ges in usu et possessione dictorum bonorum,
ac eorum omnium altinen conservar, eamq;
libertatem tenere ac vita eorundem extre=
ma tempora. In quorum omnium robur et te=
stimonium Sigillum nostrum est presen
appensum et manu propria subscriptum.

Datum

Datum Posnaniæ Feria sexta ante Fe=
stum S. Hedvigis proxima Anno Dni
MDXVIII. Stanislaus Comes a Gorka
manu propria. Nos itaq' Sigismundus
Augustus Rex prænominatus supplica=
tioni præfata uti justa benigne annuen,
literas præinsertas et omnia in eis con=
tenta auctoritate nostra Regia approban
et confirmar duximus, uti quidem Lite=
ris hisce nostris approbamus et confir=
mamus. Decernen eas vim et robur
debitum obtinere debere. Scribus nihil=
ominus nostris salvis ibidem manen.
In cujus rei testimonium &c Datum Pe=
trikovie in Comitijs Regni generalibus
ipso Die S. Agnetis Anno Domini
MDXIX. Regni nostri XXIX.

Relatio Reverendissimi in
Christo Patris Domi Joan=
nis Przerembski Archie=
piscopi Gnesnen, Legati na=
ti et Regni Poloniæ Prima
tis ac Viecancellarij.

Recognitionis.

Recognitionis infrascri=
pte per Nobilem Wence=
slaum Osuchowski Venera=
bilibus Alberto Starozrebski
et Stiborio Krzykowski Pa=
te confirmatio.

Sigismundus Augustus &c
Significamus presentibus Literis quorum in=
terest universis Supplicatum Nobis es=
se Nobilis Venceslai Osuchowski no=
mine, ut quum ille pre infirmitate qua
permissu divino ad presens detentus
huc Piotrcovia decumbet ad Nos, seu
acta judiciorum nostrorum adeundi po=
testas non daretur, Nos autoritate no=
stra certos Senatores nostros ad accepta=
dam ab eo recognitionem, qua Ilsoni et
liberis suis in posterum prospectum esse
cupiat, in domum vicè diversorium illius
destinare dignaremur. Quod quidem Nos
haud inviti fecimus ac venerabilesqui=
dem Albertum Starozrebski Cantorem
Cracovien Archidiaconum Dobrzienen
Canonicum

Canonicum Plocen et Siborium Kri-
howski Scholasticum Wladislavien et
Canonicum Cracovien Secretarios no-
stros assignavimus eodem illos desti-
nan. Qui quidem Secretarij coram Nobis
personaliter comparentes recognoverut.
Quia Prefatus Venieslaus Buchowski,
licet ager corpore, sanus tamen mente,
recedens a terris et Districtibus suis pro-
prijs palam publice libere et per ex-
pressum eisdem recognovit. Quia refor-
mationem Generosa Caterina de Lorda-
nowicze Consorti sue legitime in me-
dietate bonorum suorum omnium a-
ctu acta Officij Castren Sothaczovien
Factam recognitione sua approbat ra-
tificat et confirmat, et quatenus ad a-
cta terrestria non est translata, eam ni-
hilominus hac presen recognitione sua
pro rata, firma, ac valida non aliter ac-
si translata fuisset, habet ac habere
volt, et constituit. Preterea liberorum
suorum in posterum rationibus consu-
lere volens, ipsis in tutores ac bonorum
omnium

omnium mobilium et immobilium rectores
et Administratores Generosum et Generosos
Caterinam Cruchowska de Jordanowicze Consor=
tem suam legitimam, Feliem Radzanowski,
et Nicolaum Jezowski omnes in solidum con=
stituit assignavit inscripsitq' presen recogni=
tione sua, dans et concedens ipsis integram
et omnimodam potestatem plenariamq' facul=
tatem pueros suos prefatos, et bona ad eos per=
tinen tuendi regendi gubernan adminstran,
ac eorum legitimam etatem, apeuctionemq'
viginti annorum quatuor, filij vero majo=
ris, sed et educandi filias nuptui tradendi,
ac exdotandi generaliterque omnia et singu=
la legitimorum Tutorum officia agen et exer=
cen, Summas preterea quascuis pecuniarias
ac debita ab illius Creditoribus sive judici=
aliter sive extrajudicialiter ac alio quovis
modo repeten ac accipien, ipsis in solidum
integram potestatem dat et confert presenti=
bus. Insuper filiabus suis Nobilibus Heli=
zabetha ac Ursule cuilibet earum decem
summam mille florenorum numeri et mo=
nete Polonicalium singulos florenos per
triginta grosos computando, in et bonis
suis

suis hæreditarijs Czuchowo Pth
in terra et Districtu Sochaczevien, Babzi=
nicze in terra Lawen et Groina in ter=
ra Lawen Warsaviens sittis dotis no=
mine inscribit, assignat et demonstrat. Sa=
li videlicet modo et conditione, quod dum
easdem filias suas, seu quamlibet earum
seorsim matrimonio copulari contigerit,
extunc Tutores filij, seu pro tunc possesso
res bonorum suprascriptorum cuilibet
illarum seorsim per florenos mille pecu=
niæ communis ratione dotis pro primis
et proximis terminis terrestribus, seu
pro prima et proxima terminorum terre=
strium eorum districtuum in quibus bo=
na ipsa consistunt, positione, quod horum
post contractum Matrimonium priùs fece=
rit celebradum dare, aut intromissionem
in bona prædicta, quantam pro interesse
Dotis, cuilibet earum earum seorsim con=
cernit dare et admittere tenebuntur, sub
vadio aliorum mille florenorum pecu=
niæ Communis cuilibet earum seorsim
ad solvendum succumbendi. Quod autem ad ve=

stitum ac mundum muliebrem virgini-
bus congruum pertinet, id judicio arbi-
trio ac gratia, et potestati Conserti sua
et reliquis Tutoribus in solidum per
